R.227.703

# DE ETHICIS, POLITICISQVE actionibus.

23 P37

*Siue*

*De Prudentia.*

Ex 2. Par. Introductionis
FRANCISCI PAVONII
Ethicæ Profeſſoris in Collegio Neapolitano Societatis IESV.

NEAPOLI,
Ex Typographia Lazari Scorigij.
M. DC. XXX.

Digitized by Google

3

IO. IACOBVS DE ALEXANDRO Præpoſitus Prouincialis in Regno Neapolitano Societatis Ieſu.

CVm ſecundam Partem Introductionis in Sacram Doctrinam, quæ inſcribitur Definitiones Iſagogicæ, ſiue de naturali Theologia, P. Franciſci Pauonij noſtræ Societatis, tres eiuſdem Societatis Theologi, quibus id commiſſum fuit, recognouerint, ac in lucem edi poſſe probauerint; poteſtate ab Adm. R. P. N. Præpoſito Generali ad id mihi tradita, facultatem concedimus, vt typis mandetur: ſi ita ijs, ad quos pertinet, videbitur. In quorum fidem has litteras manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus. Neapoli 3. Auguſti 1624.

*Io. Iacobus de Alexandro.*



Digitized by Google

## *Approbatio Ordinarij.*

VIdi ſecundam Partem Introdu-ctionis in ſacram Doctrinam, à R. P. Franciſco Pauonio Theologo Societatis Ieſu, ſcriptam, cum licentia ſui Superioris Regularis ad eam imprimendam mihi exhibita: & cenſeo typis mandari poſſe ad communem ſtudioſorum vtilitatem. Dat. Neap. die 13. Auguſti 1624.

Alexander Ruſſus Can. Dep.

*Andreas Lettereſius Canonicus Dep. vidit.*

Imprimatur,

Lælius Taſtius Vic. Gen.

Digitized by Google

# AVCTOR AD LECTOREM.

MVltis annis iuſſu Præpoſitorum meorum in colendis Fideliú animis ſecundum noſtræ Societatis inſtitutum incumbo · ſæpè Neapoli in noſtro Gymnaſio Philoſophiæ moralis profeſſor fui. Illud ex his occaſionibus factum eſt,ut ad præcepta moralia animum aduerterem. Quare ad laborem arduum ſum aggreſſus: vt ex noſtræ Ethicæ Summa,ex Philoſophorum,præſertim Ariſtotelis, libris, ex Theologorum doctrina morali,ex Patrum monitis,ex Canonicorũ codicum legibus, pro ſingulis humanarum actionum generibus ethica, politicaque præcepta colligerem. Ea methodo breui, facili, plena; quantum mea tenuitas tulit, comprehenſa, in opus conieci maiuſculum Introductionis in ſacram doctrinam. Putaui enim me obſequiũ præſtare gratiſſimũ tum ſacris Concionatoribus, tum Scripturarum ſanctarũ ſtudioſis. quod illi eo vno labore meo ad manus



Digitized by Google

*haberet omnia monita, quibus informari auditorum animi poſſent: his quaſi faces præberem ad inueſtigandam, & peruidendam intelligentiam omnis eius doctrinæ, quã ſacræ Scripturæ nobis tradunt de actionibus ſiue proſequendis, ſiue fugiendis. Eum eſſe verè duplicem huius mei laboris vſum ad ſacræ doctrinæ praxim tum docendam, tum intelligendam, quotidie tum mea, tum aliorum experientia deprehendo. Comperio & alios vſus apprimè vtiles. Ad agendorum & meditationem, & lectionem, & ad examen noſtrarum actionum; quibus tribus exercitationibus debet quiſque quotidie ſuũ excitare animum ad rectè agendum. Ad excolendam, parandamque ad bonum regimen mentem tum eorum, qui præſunt; tum eorum, qui ad regimẽ deſignãtur: ne cum detrimento boni communis ad gubernandum rudes accedant. & eandem neceſſitatem habent Patres ſpirituales, & Confeſſarij. Ad materiã omnem præbendam moralium prælectionum, & collationum, & Academiarum tum ~~in~~ conuentibus Principum, tum*

*in*

*in Cœnobitarum Monaſterijs, tum in Clericorum, & laicornm Congregationibus.*

*Has, & alias, quæ in Procœmio numerantur, huius opuſculi utilitates, & commoda deprehendes, ſi vel ſumma capita percurras, quæ habes in primo Indice collecta. Lege, vbicũque caſus tulerit, vnum, aut alterum in hoc libello præceptum: vera eſſe intelliges, quæ nõ ad oſtentationẽ ingenij noſtri, ſed ad tuũ ſeruitium, & ad Reip. Chriſtianæ vtilitatẽ, & ad Dei gloriam, in hac epiſtola tibi ſignificamus. Habes hic quæcunque optare potes documẽta pro Dei, diuinorumq; cognitione accipiẽda, ac tradẽda; pro ſummo bono, vltimoq; fine proſequendo; pro rectæ intentionis actione; pro contemplatione, in qua humana felicitas eſt; pro actionibus circa media, Inquiſitione, Conſultatione, Deliberatione, Iudicio, Electione, Imperio, Executione; pro amicitia ineunda, et conſeruãda cũ Deo, cum Rectoribus, cum ſubditis, cum ſodalibus, cum ciuibus, cum exteris; pro Religione, cultuq; diuino; pro muneribus eccleſiaſticæ Hierarchiæ; pro Regularibus; pro vſu ſingulorũ*

*Sacra-*

*Sacramẽtorum; pro Iuſtitia, & gubernatione politica, & œconomica; pro cõmutationibus, & cõtractibus; pro ſingulis generibus virtutum moralium. Vides quãta commodorum multitudo in vno libello ſit? Quoniã hactenus hoc meum erga te obſequiũ latuit in opere maiuſculo Introductionis, ac Definitionũ philoſophicarũ; nec aduertere potuerunt ij, quorũ non erat animus vt ad conciones, & ad ſacrarũ Scripturarum interpretationẽ introducerentur: viſum mihi eſt operæpretium eſſe, hoc opuſculum à maiore Introductionis libro ſeparare; ut ſola ethica politicaq; præcepta in lucem veniant, & appareãt. Hoc ego nũc facio ſeruus tuus: ut te, bone Lector, ad actionem excitem te dignam, qui es imago Dei. vt excitatus, ad lectionem te conferas librorum, in quibus longè vtiliora, præſtantioraq; cõperies. Interim, ſi tuã ſalutem amas, caueto à Politicis, quorum præcepta contraria ſunt legibus ſummi Principis Dei. Vale. Neapoli Kal. Febr. M. DC. XXX.*

Seruus in Domino
Franciſcus Pauonius.

Digitized by Google

# INDEX CAPITVM.

Procœmium.

DE Ethica, Politicaque ratione, et operis huius ordine, ac vſu. fol. 13
De Dei, diuinorumque cognitione accipienda. cap. 1. f. 31
De amore in bonum ſummũ. ſiue, De vltimo fine proſequẽdo. cap. 2. fol. 60
De veræ, rectæque intẽtionis actione. c. 3. 71
De contemplationis actione. c. 4. 77
De Inquiſitione, Conſultatione, Deliberatione. c. 5. 84
De Iudicio. c. 6. fol. 109
De Electione. c. 7. 130
De Imperio. c. 8. 156
De vſu, & executione. c. 9. fol. 168
De Amicitia. c. 10. 217
De Amicitia cũ Deo. ſectio 1. fol. 217
De Rectoris in ſubditos amicitia. ſect. 2. fol. 222
De ſubditorum in Rectores amicitia. ſect. 3. fol. 228

De

De ſodaliũ, ac domeſticorum amicitia. ſectio 4. 231
De amicitia cõſeruãda inter ciues. ſect. 5. fol. 245
De amicitia cũ exteris. ſect. 6. fol. 253
De Iuſtitia, f. 11. 255
De iuſtitia erga Deum, ſiue De Religione. ſect. 1. 257
De eccleſiaſtica Hierarchia. fol. 275
De Regularibus. 298
De Sacramentis. 307
De Baptiſmo. fol. 310
De Cõfirmationis Sacramento. 313
De ſanctiſſimo Eucharistiæ Sacramento. fol. 318
De Pœnitentiæ Sacramento. fol. 317
De Sacramento Extremæ unctionis. 322
De Sacramẽto Ordinis. 323
De Sacramento Matrimonij. 324
De Iuſtitia politica, et obſeruantia, et pietate in patriã. ſect. 2. 340
De Iuſtitia œconomica, et pietate in parentes. ſectio 3. fol. 378
De

De Iuſtitia cō-
mutatiua. ſiue
De Contracti-
bus, et Male-
ficijs. ſect. 4.
fol. 384
De Fortitudi-
ne. c. 12. 390
De Patientia.
fol. 397
De Temperan-
tia. c. 13. 401
De Liberalita-
te. 408
De Modeſtia.
fol. 418

Digitized by Google

## Significatio quarundam Notarum, quæ in huius operis citationibus habentur.

*a.* *articulus.*
*c.* *caput, canon.*
*C.* *Codex.*
*d.* *diſputatio, diſtinctio, definitio.*
*DD.* *Doctores.*
*Decc.* *Decretales.*
*Deff.* *Definitiones.*
*Diſt.* *Diſtinctio.*
*ff.* *Digeſta.*
*Impp.* *Imperatores.*
*l.* *liber, lex.*
*n.* *numerus.*
*p.* *propoſitio, punctum.*
*P.* *Pars.*
*PP.* *Papa, Patres.*
*q.* *quæſtio.*
*r.* *regula.*
*rr.* *regulæ.*
*ſeq.* *ſequens.*
*ſeqq.* *ſequentia.*
*§.* *paragraphus.*
*t.* *tomus, textus.*
*titt.* *tituli.*
*v.* *verbum.*

DE

# DE ETHICIS, POLITICISQVE actionibus,

## *Siue De Prudentia.*

### Proœmium.

### *De Ethicæ, Politicæq; ratione, et operis huius ordine, ac vſu.*

1 ET ratione naturali, et diuina Fide certũ eſt Hominem à Deo procreatũ ad contemplandum diuina. a Hominis etiam melior pars eſt intellectus, ac mens: mentis autem vltima perfectio, contemplatio eſt. contemplatio autem

a *Ariſt.* 10. *Eth.c.*7.8.

illa optima, quæ circa optimum intelligibile, verumq; verſatur: quale Deus eſt. Eſt autem vnumquodque ad ſui perfectionem, bonumque vltimum aſſequẽdum: vt propenſio indicat, quam quodque habet ad bonum ſuum. eſt igitur Homo ad contẽplandũ Deum. Ad Dei contemplationem habendam, enitendum homini eſt, tum eam, quæ in hac mortali vita haberi poteſt; tum illã beatam, quam ipſius Dei dono futuram ſperamus in cælo. Porrò neque Dei contemplationem 2
quis aſſequi poteſt, niſi eam appetat; neque appetere, niſi cognoſcat; habeatque præterea quæ neceſſaria sũt ad viuendum. *b* Vita enim corporis neceſſaria eſt, vt homo ſit. Tria igitur ſunt ad contemplationẽ media: vita corporis, diuini boni cognitio, volũtas eius boni. *b* Vita corporis, cõmodaq;

b *Leg. S. Th. 4 de Regim. Princ. c. 2. 3. Ariſt. 8. Eth. 1. & lib. 10. c. vlt.*

eius

eius vitæ conſeruatio, aliorum ſocietatem requirit; vt parentum, à quibus corpus progignatur, & alatur; vt ciuium, à quibus vitæ neceſſaria inuicem exhibeantur. Societatem exigit doctrina, ſine qua diuini boni cognitio haberi non poteſt. Non eſt autem voluntas, amorque in diuinum bonum, vt par eſt: vbi voluntas eſt, & amor erga ſenſibilia, quæ ad boni diuini aſſecutionem non referuntur. corrumpit enim viſibilium amor amorem diuinorum. *c* Neque vero vita corporis degitur, vt neceſſarium eſt degi; neque diuini boni cognitio accipitur, ut par eſt accipi; niſi recta ſit hominum, quibus cum uiuitur, multitudo, ac ſocietas. Medium igitur ad commodè uiuẽdum, commodeq; diuinorum cognitionem accipiendum, eſt bona ſocietas: *d* medium

c *S. Aug. de Amic. cap.5. tom.4. Baſilius in Aſcet. c.7. Ariſt.8. Eth. c.1.*

d *S. Ambr. 1. off. c.24.*

ad ſummi boni amorē habendum, ac retinendum, eſt bonus affectus. e Societatis autem, affectuſq; bonitas, eſt rectitudo, conformitaſq; cum recta ratione. Vt enim in rebus ſenſu carentibus, operationum regula eſt ea propēſio, quam quidque ſecum natam habet in bonum ſuum; utque in uiuentibus ſenſitiuis regula appetendi, ac ſe mouendi, eſt eius boni ſentiua cognitio, quod cuique animali congruum eſt: ita in agentibus per intellectū, quales homines ſunt, actionum, appetituſque intellectualis regula, honeſti boni cognitio eſt. Vim autem ad cognoſcendum honeſtum, habemus quiſque à Deo congenitā in mentibus noſtris. ut ergo & uniuerſa multitudo, & quilibet è multitudine rectè ſe habeat, ut hominem decet; conformandus eſt affectus,

e *Vid. S. Th. 4. de Regim. Princ. c. 23. & Ariſt. 7. Poſt. c. 14. & 15.*

ac

ac proinde actiones ex affe-
ctu promanantes, cum recta
4 ratione. Recta autem mul-
titudinis, ut multitudo eſt,
ratio, eſt recta ratio eius, qui
multitudinem regit. Nulla
enim multitudo rectè ſe
habere ſine rectore poteſt:
cui ſinguli pareant. ut rectè
ſe habere corpus nō poteſt
ſine capite, à quo motus eſt,
& influxus in ſingula mem-
bra. Rectoris eſt multitu-
dini bonum cōmune pro-
ponere, atque ad illud ſin-
gulos dirigere: ut rationis,
ac mentis eſt, in quoque ho-
mine bonum cuique pro-
ſequēdnm oſtendere, ut ad
illud cuiuſque actiones re-
ferantur. Ea recta ratio,
quæ eſt in Principe ad mul-
titudinem dirigendam in
bonum commune, Pruden-
tia politica nominatur. quæ
uerò in quoque eſt, ad ſuas
actiones referendas in ſuum
honeſtum, ethica pruden-
tia eſt. Vltimum autem,



Digitized by Google

optimumque honeſtum, eſt diuinorum contemplatio, ut ſupra dictum eſt.

Eſt autem operæpretium actionum genera cognoſcere, quæ ad ſummum bonũ à recta ratione dirigendæ. ualet enim ea cognitio ad inueſtiganda præcepta, legeſque Prudentiæ. Cum ergo finis hominis ſit diuinorum contemplatio; ad eam autem cõſequendam opus ſit medijs; media autem in praxim, uſumque uenire debeant: hinc intelligimus tria eſſe prima actionum genera, circa quæ Prudentia uerſari debet; unum circa finem, aliud circa media, tertium circa uſum medio- 5
rum. Præcipuæ circa finem actiones tres: Ipſa finis cognitio; Voluntas in finem cognitum, amor, & intentio illius; Poſſeſsio finis, quæ quatenus circa ultimũ hominis finem uerſatur, Contemplatio eſt ſummi boni. 6



Digitized by Google

Tres quoque actiones ſunt circa media: Inquiſitio mediorum apprehendẽdo fini congruentium; Iudicium de medio maximè cõgruo; Electio, ac uoluntas eius medij. Circa uſum mediorum, ac praxim, actiones ſunt duæ: Imperium, ad uſum impellẽs; & Vſus ipſe. de quarum actionum ratione, naturaque in Summa Ethicæ, & in prima Introductionis Parte dictum eſt.

7 Media porro ad contemplationẽ ſummi boni præcipua duo, ut ſupra dictum eſt, Societas aliorum, & Corporis uſus. Aliorum ſocietatem corrumpit iniuria; quatenus aliorũ ius lædens, amicitiam dirimit, quæ eſt uinculum ſocietatis. conſeruat autem ſocietatẽ Iuſtitia, quatenus iuri uniuſcuiuſque debitum tribuit. Bonum autem, rectumque corporis uſum, ac ſenſuum, corrumpere ſolent duo:

Timor tēporalis mali, auertens animum à recta ratione, honeſtique proſecutione; & Concupiſcentia temporalium bonorum, impellens animum ad proſequendum ea, quæ rectæ rationi contraria ſunt. Firmat autem contra immoderatum timorem animum Fortitudo; contra concupiſcentiam immoderatam Temperantia. Vt ergo ſocietas aliorum, & uſus corporis rectè ſe habeant, ſintque media Honeſto congruentia, finiq; ultimo, qui eſt ſummi boni poſſeſſio: tres illæ actiones, quæ circa media ſunt, Inquiſitio, Iudicium, Electio, debēt maximè circa trium illarum uirtutum moraliū materiam uerſari, Iuſtitiæ, Fortitudinis, Temperantiæ. Tria igitur illa actionum genera, quæ ſunt circa media, ſingula rurſum in tria genera diuiduntur trium illarum uirtutum moraliū.

Scien-

8 Sciendum autem finem, alium ultimum, alium non ultimum eſse. Habent enim rationem finis eæ rationes boni, in quas motus, actioneſque terminantur. Terminantur autem motus, actioneſque hominis, ut experimur, non ſolum in finem ultimum, qui eſt ſummi boni poſſeſſio; ſed etiam in bona alia, quæ boni ſummi rationem non habent. neque tamen mali ſunt ij motus, & actiones, ſi bona, ad quæ terminantur, ad bonum ultimũ referri poſſunt, & hominis animus, qui ad ea tendit, non tendat tanquam ad finem ultimum ad illa, aut modo fini ultimo non congruenti. ita nihil ſæpè cogitantes de fine ultimo, multa iuſtè, temperatè, fortiter agimus. Eſt ergo recta ratio finis, medij, & uſus, non ſolum reſpectu boni ſummi; ſed etiam reſpectu aliorum bo-



Digitized by Google

norum, quæ bono ſummo
congrua ſunt. Septem igi-
tur illa actionum genera,
finis cognitio, intentio, poſ-
ſeſſio, inquiſitio mediorũ,
iudicium, electio, impe-
rium, vſus; non ſolum ad
bonum ſummum, ſed ad
alia quoque bona ſpectant.
Quare dum de ijs ſeptem
actionum generibus in hac
diſtinctione agemus; intel-
ligendi ſumus illas nos ad
ſolum boni vltimi explici-
tum reſpectum non reſtrin-
gere, ſed agere de ijs mo-
dò in communi, modò cum
reſpectu explicito ad bo-
num vltimum; modò cum
reſpectu explicito ad bona
non vltima, implicitum ta-
men ad bonum vltimum
reſpectum habentia. Eſt au- 9
tem earum actionum do-
ctrina duplex, altera ſpe-
culatiua, altera practica.
Speculatiua doctrina in
Ethicæ ſumma, primaque
noſtræ Introductionis Par-

te

te tradita eſt. nunc agendum de doctrina practica, quæ Prudentia eſt. Actiones porrò propriè practicæ ſunt Imperium, & Vſus. Iubet enim Imperiũ actionum praxim, Fac, inquit, Amato, Legito, Contemplator, Eligito, Iubeto. Vſus autem eſt ipſa praxis, præcepti exercitium. Omnia autem actionum genera,quatenus ad praxim venire debent; ſub Imperium cadunt,& ipſemet actus imperij. nam antequam vlla actio ab vlla animi potentia exerceatur; ſi in vſu rationis ſumus, eaq; fiat cum deliberatione; ſemper antecedit actus imperij, quo mens illam iubet fieri: vt ipſa nos docet experientia noſtra. Præcepta autem,legeſque omnes, ſunt actus Imperij: eademque Prudentia nominãtur. Duplex autem eſt Prudentia: altera ethica,quæ cuiuſque actio-

 nes,

nes, moreſque inſtituit; altera politica, quæ ſuis præceptis multitudinem regit. De vtriuſque præceptis in hoc opuſculo dicendũ eſt.

Modus autem agendi is 10
erit. Præcepta Prudentiæ in decem, & tria capita diſtinguemus: tribus, ac decem actionũ generibus reſpondentia. quæ ſunt: Finis cognitio, Amor, Intentio, Contemplatio, Inquiſitio, Iudicium, Electio, Imperium, Vſus, Amicitia, Iuſtitia, Fortitudo, Temperantia. In quoque autem capite leges erunt tum ethicæ, tum politicæ; ideſt, tum ad ſui cuiuſque regimen, tum ad multitudinis directionem ſpectantes. Cum autẽ multitudinis regimen aliud ſpirituale ſit, aliud temporale: pro vtroque regimine leges tradẽtur, quas è libris tum Canonici, & Eccleſiaſtici, tũ Ciuilis Iuris, ſummatim colligemus.

Porrò

11 Porrò præter præcipuum *Vſus.*
vſum, ad quem hæc ſcribimus, interpretandarum Scripturarum; habere hoc opuſculũ poteſt vſus alios. Primum, ſi cui libuerit ad parandam materiam concionibus ſacris, in commodam methodum colligere ſententias omnes de agendis, quæ inter legendum, aut interpretandum diuinos libros, aliosve Scriptores, occurrerint: habet certos locos, ordine diſpoſitos, huius opuſculi Definitiones; in quos eas ſententias conferat; vt ipſi promptæ ſint ad omnem vſum. Nos quidem ſecundum harum definitionum ordinem cogitamus, ſi Deus tempus, & otium dederit, colligere omnes ſentẽtias diuinorum librorum. vt ſingulis definitionibus omnes, quotquot in diuinis libris deprehenderimus eiuſdem intelligẽtiæ ſentẽtias, ſubſcribamus,

ita

ita ſingulæ definitiones omnium ſibi ſubſcriptorum eiuſdem ſententiæ textuum interpretationes erunt : & omnes eidē definitioni adſcripti textus, eam definitionem auctoritate diuina confirmabunt. Quod magnas, vt nemo non videt, cōmoditates habebit. Ideo nunc à citatione ſacrarum Scripturarum abſtinemus: ne non citantes omnes, quia nondum omnes vidimus; ab ea, quam cogitamus, molitione, methodoque deficiamus. Interim totum ius Canonicum, quantum noſtra tenuitate potuimus, harum definitionum ordine complexi ſumus. vt definitionum ſententijs tanti Iuris auctoritas ſit: & eius Iuris doctrinam hac noſtra methodo diſtingueremus, ad introducendum via facillima tyrones ad ſtudiū tam vtilis doctrinæ; & ad indicandum ordinem, qui

nobis

nobis viſus eſt non incongruus ad prælegendum, interpretandumq; Ius illud. Cæterum, ne eadem ethica, politicaue præcepta, ſæpius repeteremus; quamuis aliqua ad plura huius opuſculi capita attineant; maluimus ſub vno tantum capite collocare. Quare ſi quod præceptũ videbitur in aliquo capite deſiderari: illud in alijs capitibus eſt inquirendum, aut in prima Parte Introductionis in ſententijs de virtutum, ac vitiorum actionibus.

12 Secundus huius opuſculi vſus eſſe poſſet, ad Collationes habendas de ethicis, politiciſq; actionibus. Nam ſiue Epiſcopis Clerum, ſiue Rectoribus Regulariũ ſuos Religioſos, ad vitam Dei cultoribus, ſacriſque Miniſtris congruam; ſiue Principibus ſuos Magiſtratus, aliosve ad regẽdum aptos, ad regimen inſtituere vo-

luntas fuerit: offerimus col-
lationum materiam breui
methodo collectam: ſi hoc
opuſculo vti,quam alijs ma
ioribus libris, maluerint.

Tertius vſus eſt, ad ſug- 13
gerēdum catalogum actio-
num. Debet enim quiſque
proponere ſibi eas actiones,
quas agere oportet & vt
homo eſt,& vt muneri cui-
cunque præpoſitus. ne erra-
re contingat, quia ignorat;
& ab honeſto deficere. eſſe
ergo cuique debet liber ali-
quis, quaſi catalogus agen-
dorum. Congruus ille &
exercitationi lectionis ſpi-
ritualis,& examinandæ cō-
ſcientiæ, & memoriæ obli-
gationum ſui cuiuſque offi-
cij renouandæ. Nos huius
Operis definitiones ſugge-
rimus,quaſi catalogū agen-
dorum. quæ illud habent
commodi non contemnen-
di, quod in ſingulis alij li-
bri, auctoreſque citantur;
qui de eiſdem agendis agūt

co-

Digitized by Google

copioſius,& præclarè. Ad eorum librorum lectionem vehementer hortamur. hauries enim ex ijs veram & Ethicam,& Politicam. Nam vera Ethica, Politicaq; non eſt, quæ verum finem non habet. Libri autem omnes, quos citamus, ferè Sanctorum Patrum ſunt: qui actionum præcepta, quæ proponunt, ad verum finem dirigunt. *Ariſtotele* quoque vtimur, qui, quanquam in Politicorum libris cautè legendus, minus tamen habet periculi: quia non aliorum traditionem ſequi, ſed aſſequi nititur veritatem. Potuiſſet & Seneca referri; & Epictetus Philoſophus, alijque his ſimiles: ſed quia exiles viſi ſunt, ac abiecti; cum pingui, nobilique Catholicorum Patrum doctrina comparati; ab eorum citatione abſtinuimus. nam quid Ethnicos cõſectamur; qui tot libros habemus in



Digitized by Google

Chriſti Eccleſia, ſapientia ſcriptos diuina?

Illud etiam commodum 14
proponendũ videtur, quod ex his definitionibus petere quis poſſit. Quod, ſi cui ſtatuta, canones, inſtructiones, leges condere contigerit; earum definitionum lectio laborem minuet. nam & materiam indicant, & nonnullum ordinem, & auctores, quos conſulere non eſt inutile.

DE-

Digitized by Google

# *De Ethicarum, ac Politicarum actionum præceptis, & legibus.*

## *Caput Primum.*

### De Dei, diuinorumque cognitione accipienda.

1 DEi cognitionem accipiendã eſſe. *a* Nam finis omnium eſt Deus. Finis autem eſt actionum humanarum prima regula; finiſque cognitio primum principium eſt in omnibus agendis. Igitur ſi Dei cognitio non habeatur, intolerabiles in humanis actionibus errores contingere neceſſe eſt. *Trid. ſeſſ. 3. & ſeſſ. 23. de Reſor. c. 1. PP. de conſecrat. d. 4. à c. 54.*

a 1. *Par. d. 1. n. 37. S. Thom. 1. p. q. 103. a. 2. et 1. 2. q. 1. a. 8. & q. 3. Ambr. 1. off. c. 26. & l. 2. c. 2.*

2 *b* Primam in puerorum animis cognitionem eſſe debere cognitionem Dei. Finis enim cognoſcẽdus eſt actionum antequã ad actiones aggrediare. Præcognoſcendus ergo Deus, a pueris eſt

b *S. Carolus Borrom. vit. l. 8. c. 1.*

Digitized by Google

eſt cum primũ rationis vſu pollere incipiunt, & agere humano modo. *Def.præced.& Concil.Later. ſub Leon.X.ſeſs.9.c.7.*

c *S.Carolus Borr. in vita l.8.c.1. S.Ambroſ.1. offic.c.26.*

3 c Eſſe in omnibus debere curam primam ad ſynceram Catholicæ Fidei doctrinã accipiendam, tradendamque. Eſt enim ea doctrina diuina, vt omnia probãt argumenta; præſtantiſsimè ſentiens de Deo, deque agendis; & modò facillimo prima eruditionis tradens rudimenta ad Deum, agendaque cognoſcenda. *Gratianus, Valẽt.Theod.* I*mperatores tit.*1. *C.de Sum.Trin.& Fide Cathol.& ſequent.Triden.ſeſs.2.3.4.Pius* IV. *in bul.celebr.Conc.Trident.& Trid. ſeſs.24.de Reform.c.3.& ſeſs.25.de Purgat.& Decr.vlt.& Diſt.96.c.4. & d.97.c.1.& Decc.lib.5.tit.7.de Hæreticis.*

4 Publicas de Fide cõtentiones arcendas eſſe. Ne detur in rudibus errorũ occaſio. *Marcian. Imper.l.3.C.de ſum.Trinit.& Fide Cath.& c.Quicunque l.6.de Hæret. S.*I*nhibemus.*

5 Chriſtiani rudes ab Infidelium, præſertim Iudæorum, & Hæreticorum commercio cauento, quantum fieri poteſt. ne ſit erroris periculum. *Decc.l.5.tit.6. de*

*de Iudæis, & Sarac. & tit.7.de Hæreticis.*

6 *d* Publicè Fidem profitentor iuxta Eccleſiæ formam omnes Eccleſiæ Miniſtri, Ludimagiſtri, Concionatores, Lectores ſacræ Scripturæ, ac Theologiæ, Medici, Impreſſores librorum, & alij; à quibus periculum eſſe poſſit errorum diſſeminandorum. Ea enim diligentia multum valet ad illibatè conſeruandam Catholicam doctrinam. *Trid.ſeſs.24. de Refor.c.1.12. & ſeſs.25. de Refor. c.2.Pius* IV. *in Bull.* I*niunctum nobis,&c.Conc.Carthag.*IV.*d.23.c.2. Toletan.*XI. *d.* 23.*cap.6.Pelag.Pap. d.*100.*c.*1.& I*o.Pap.ibid.c.4.Greg.* 1.*q.7.c.9.*

d *S.Carolus Borr.vit.l.8. c.1.*

7 Picturis vititor, & ſacris Imaginibus ad rudem populum de diuinis myſterijs inſtruēdum. Valent enim ad diuinorum intelligentiam ſenſibilia. *Trid.ſeſs.25. de ſacris* I*mag.*

e *S. Carolus Borr.vit.l.8. c.1.* S. I*gnat.p.4. c.7.*

8 *e* Primam Principum curam eſſe debere Ludimagiſtrorũ procurationem, ad inſerendam puerorum animis Dei, & agendorum cognitionem, aptiſsimorum. Primam enim pueri eruditionem à Ludimagiſtris accipiunt: à qua eruditione pendent rectæ virorũ actio-

*Vid.Baſil.in Aſcet.c.15. Ariſt.7.Pol. c.17.& l.8. c.1.* I*uſtin. in proœm.ff.§.* I*llud verò.*

actiones; vt intelligitur ex iis, quæ ſupra dicta ſunt. *Trid. ſeſſ. 5. de Reformat. c. 1. & ſeſſ. 23. cap. 18. Eugen. II. d. 37. can. 12. Concil. Lateranen. & PP. in Decc. l. 5. tit. 5. de Magiſtris. Vlpian. l. 2. ff. de vac. & excuſ. mun.*

*f S. Carolus Borr. vit. l. 8. c. 1.*

9 *f* Nullus eſto Ludimagiſter, qui ludum aperiat: quin ante à viris doctiſsimis, ac ſanctiſsimis coram ipſis Principibus, de doctrinæ ſynceritate, ac ſufficiētia, & de morum probitate, teſtimonium accipiat; fueritque ſatis inſtructus, & intelligens in modo tradēdi pueris & diuinorum cognitionem, & præcepta morum, & eruditionē litterarum. *Theod. et Valens Impp. l. vnica C. de ſtudijs liber. lib. 11. Trident. ſeſſ. 23. cap. 18. Valent. Imp. l. vn. C. de profeſſ. qui vrb. conſtan. lib. 12. Gordian. Imp. l. 2. C. de profeſſ. & Med. lib. 10. Iuſtinian. Imp. l. 7. C. eo. Valentin. Imp. l. 10. C. eo.*

*g Vid. noſtrā Inſtruct. 5. S. Ignat. p. 4. c. 7. §. 2. & litt. C. Ex Ariſt. 7. Polit. c. 17. et lib. 8. c. 1. & Eth. 10. c. 9.*

10 *g* Inſtructiones ſcribuntor iuſſu Principum, & leges pro Ludimagiſtris, de ratione tradendæ pueris doctrinę de Deo, de agendis, de litteris humanis. Id enim, quod tanti intereſt, non eſt Ludimagiſtrorum arbitrio committendum. *c. Quia nonnullis, & c. Super*

per

*per ſpecula de Magiſtris.*

11 Academiæ ſunto iuſſu Principum de actionibus Ludimagiſtrorum. In quibus præſit doctiſſimus aliquis, & ſanctiſsimus; qui Ludimagiſtros collationibus, & tradendæ doctrinæ de Deo, de agendis, de litteris humanis, præluſionibus exerceat, iuxta Principum inſtructiones, ac leges. Nam tanti momẽti magiſterium Magiſtros exercitos exigit. Ad eã diligentiam breui totius Chriſtianæ Reip. reformatio conſequeretur. *Ex c. Quia nonnullis, & c. Super ſpecula De Magiſtris.*

12 *h* Doctrinæ Chriſtianæ ſcholæ ſunto in Parochialibus Templis, *i* in Cœnobijs, *k* in Scholis litterarijs, in Seminarijs, in Carceribus, in Triremibus, in compitis, in priuatis domibus: ad quas pueri, ac rudes accedere cogãtur, ad prima Fidei Catholicæ rudimenta percipienda. *Trid. ſeſs. 5. de Refor. c. 2. & ſeſs. 24. de Reform. c. 4. 7. Concil. Matiscen. c. Vt quiſque De vit. & honeſt. cler.*

13 *l* Inſtructiones ſcribuntor de Chriſtianæ Doctrinæ tradendæ modo iuxta præſcriptũ Epiſcoporum: eædem illæ ſunto in quaque Diœceſi: deq; illis Clericorum.

h *Bellar. vit. c. 36. S. Car. Borr. vit. l. 8. c. 1. 6. S. Ignat. p. 5. c. 3. §. 3. & litt. B. Vide noſtrã Inſtr. 17. de modo trad. Doct. Chriſt.*

i *S. Ign. exa. c. 4. §. 25. & Par. 3. c. 1. §. 20.*

k *S. Ign. p. 4. c. 7. §. 2. & c. 16. §. 2.*

l *S. Ign. p. 4. c. 8. §. 6. & litt. F. Vide Bellar. & noſtram Inſtr. 17.*

Digitized by Google

ricorum, & aliorum operariorum Academiæ habentor; è quibus apti Chriſtianæ Doctrinæ Magiſtri producantur. *Trid. ſeſs. 24. de Refor. c. 7.*

m *S. Ignat. p. 4. c. 16. S. 3.*

14 *m* Sacras ad populũ conciones eſſe crebras debere. Valent enim ad inſtruendum populum de diuinis. *Trident. ſeſs. 24. de Reform. cap. 4. & Concil. Magunt. can. 25.*

n *De modo concionandi vid. Inſtr. noſtram 16. & Introd. Par. 3. d. 8. et Indicem rerum in 1. & 3. Par. Introd. & S. Ignat. p. 3. c. 1. lit. S. & p. 4. c. 8. S. 3. & lit. B. C.*

15 *n* Sacras conciones ad populum credendorum ſolum, & agendorum eruditionem habere debere. Cætera enim vana ſunt, ſi finem ſacrarum concionum ſpectes; qui eſt cognitio diuinorum, & inſtructio de agendis. *Trid. ſeſs. 5. de Refor. c. 2. & ſeſs. 24. de Reform. c. 4. 7. & Hier. d. 36. c. 3. & d. 37. c. 4. 14.*

16 Epiſcoporum curam eſſe concionandi, & Concionatores inſtruendi, & approbandi; & inducendi populum ad audiendum verbum Dei. Facilis autem inſtruendi cõcionatores modus eſt, Inſtructiones ſcribere de modo concionandi; & ſecundum illas collationibus, ac declamationibus exercere concionaturos. *Trid. ſeſs. 5. de Refor. c. 2. & ſeſs. 23. de Reformat. c. 1. & ſeſs. 24. c. 4. 7.*

Concil.

*Concil.Lateran.ſub* Innoc.III. *c.3. de Hæret.*§.4.*& ſub Leo.X. ſeſs.11.*

17 Quorumcunque curā animarum habentium munus eſſe, plebem ſibi commiſſam paſcere verbo Dei. Id enim & ſalutis neceſsitas, & muneris ratio expoſcit. *Trid. ſeſs.5.de Reform.c.2.& ſeſs.22.de ſacrif.Miſs.c.8. et ſeſs.23. c.1. & ſeſs.24 de Refor.c.7. & PP.* VI *Syn.in Truſ.can.*19.

18 o Ad concionandum ne accedito indoctus, nec zelum non habens animarum, nec vitio aliquo labōrans, *p* nec non callēs rectum modum concionandi. A miniſterio, ſi quis ſecus ſe habuerit, remouetor. Si quis admonitus nō ſe correxerit, plectitor. Res enim maximi momenti eſt ad Chriſtianam pietatem verbū Dei. *Trid.ſeſs.5.de Refor.c.2.* I*ſid. d.23. can.3. Petrus* 8.*q.*1.*c.* 12. *Benedictus* XI. *Extr.* I*nter cunctas l.5. de Priuil.Lateran. ſub Leone X. ſeſs.11.*

o *S.*I*gn.exa. c.3.*§.*6.*

p *S.*I*gn.exa. c.4.*§.*25.*

19 *q* Magnam eſſe oportere in prædicando diuino verbo prudentiam. Ne ſileas, cum loqui oportet; ne loquaris, cum ſilendum eſt; ne non ſit ſermo cum fructu. *d.43.c.1. & ſeqq. & d.44. c.1. & d.45.c.*18. *&* 8.*q.1.c.*12.

q *Greg.* 2. *Paſt.c.*4. *Baſilius in Reg.breu. q.*208.



Digitized by Google

20 *r* Eſſe diuinum verbum cum facilitate, ac ſermonis ſimplicitate cõmunicandum. vt populus diſcat diuina, vt proficiat ad ſalutem. *Greg.* 20. *Moral. c.* 1. *Hadrianus Pap. d.* 37. *c.* 6. *Trident. ſeſs.* 5. *c.* 2. *de Refor. & ſeſs.* 24. *c.* 7. *& diſt.* 38. *c.* 12. 13. 15.

21 Ad eorum, quæ in prædicatione dicuntur, auctoritatem, *s* non eſſe eruditionem Gentilium afferendam, ſed ſacram: niſi interdum ad Infidelium vanitatem reuincendam. *Aug. d.* 37. *c.* 13.

22 *s* Academiæ ſunto Concionatorum. In ijs ars rectè concionandi traditor: & ſecundum eã Tyrones exercentor, inſtruuntor, corriguntor. Nam quodcunque quidem miniſterium, ſed in primis ſacrum concionandi munus, eam exigit diligentiam. *Ex Trid. ſupra deſ.* 16.

23 *t* Diuinorum meditationẽ inducẽdam in omnes eſſe. Valet enim diuinorũ meditatio ad acutius intelligẽda ea, quæ ad Deum ſpectant, & cognoſcendum, & poſsidendum. *Ex PP. et ipſo Ariſt.* 10. *Eth. &* 7. *Polit. c.* 3. 14. 15.

24 Statas horas quotidie, *u* Statos dies ſingulis annis, eſſe cuique debere tum Cænobitæ, tum ſæcu-

r 1. *Cor.* 3. 2.

s *S. Ign. Par.* 3. *c.* 1. §. 21. *& Ex. c.* 4. *§.* 25. *et p.* 4. *c.* 8. *§.* 3. *& p.* 10. §. 3.

t *De modo diuina medit. vid. noſtram Inſtr.* 12. *Materiæ habentur variæ in lib. noſtr. Medit. pro ſtatu cuiuſque.*

u *De modo exerc. ſpirit. vide librum S. Ignatij Loyolæ, et noſtr. Inſtr.* 13. *&* 14.

Digitized by Google

ſæculari, ad excolendum, exercēdumq; animum meditationibus diuinorum. Quod enim maioris momēti negotium eſſe nobis poteſt; quam quod eſt ad Dei, agendorumq; cognitionem acquirendam? Meditationum, quas exercitia ſpiritualia vocant, vſus, quātum hactenus experti ſumus, efficax ſemper fuit ad animorum renouationem remedium cum magna ſuauitate coniunctum. *Hieron.d.36.c.3. & Paulus* III. *in Bull.confirm. Lib.exercit.S.*I*gnat.& Paulus V.in Bull.*I*ndulg.pro relig.*

25 Statum tempus quotidie impendendum in lectione librorum ad Dei cognitionem, agendorumq; directionē facientium. Habentur enim in ijs libris iam inuenta, digeſtaque, ad quæ nos noſtra meditatione non niſi longo tempore, ac fortaſſe nunquā, perueniremus. *Gelaſ.Pap.d.15.c.3. Hieron.d.36.c.3.Greg.d.44.c.6.Paſchalis Pap.2.q.7.c.60.*

26 *x* Ab impiorum libris de religione diſputantium caueto. Periculum enim eſt erroris, ac falſæ doctrinæ hauriēdæ. *Pius* IV. *in Bull. Dominici gregis, ann.* 1564. *Leo* I. *ep.93.c.15. & Concil.Later. ſub Leone X.ſeſſ.9.c.7.*

x *S.Carolus Borrom. vit. l.8.c.1. Vide* I*ndicē libr.prohib. Ne ſacri libri legantur vulgares vide ibid. & Concil.Laod. c.59.*



Digitized by Google

27 Videto ne non cautè legas libros merè politicos, ideſt, de prudentia, actionibuſq; humanis tractantes nullo cum ordine ad veram religionem, & ad vitam æternam. Ne non aſſueſcas æterna bona intendere, & vileſcas in actionibus. *Ex PP.*

y *S. Carolus Borr. ſup. Vide* I*ndicē lib. probib. S.* I*gnat. p.* 4. *cap.* 5. *E. &* *c.* 13. *S.* 2.

28 *y* Obſcœnorum, vanorũq; lectionem fugito. Illa enim animum ad obſcœna pelliciunt: hæc impediunt à contemplatione diuinorum, ad quam cōditi ſumus: vtraque diſtrahũt mentem à Dei cognitione, et ab agēdis. *Pius* IV. *ſupra. Concil. Carthag.* 4. *d.* 37. *c.* 1. *Hieron. ibid. c.* 2. 3. 5. *Raban. ibid. c.* 7. I*ſid. ibid. c.* 15. *Concil. Lateran. ſub Leone X. ſeſs.* 9. *c.* 7.

z *S.* I*gn. p.* 4. *c.* 13. *S.* 1. 3.

29 *z* In eam curā incumbendum, vt habeatur regula, & ad bonos, & ad malos, & ad Scriptores dubios diſcernendum. Magni enim intereſt eam regulā habere. *Vide Gelaſium d.* 15. *can.* 3. *&* I*ndicem Trident. & diſt.* 16. *per totum, vbi receptæ ab Eccleſia Synodi numerantur. Aug. d.* 19. *c.* 6. *Leo.* IV. *d.* 20. *c.* 1.

30 In eam curam incumbendum, vt libri ſacri quam emendatiſsimè imprimantur. Sunt enim regula & credendorum, & agendorum.

dorum. *Trid. ſeſs.4. de edit. libb.*

31 In eam curam incumbendum ne ſine auctoris nomine libri de rebus ſacris imprimantur. vt caueat quiſque à fallendo. *Trid. ſeſs.4.*

32 *a* In eam curam incumbẽdum, vt quicunque libri examinentur, probenturque antequam euulgentur. Ne quis in agendis, credendisve error emanet in alios. *Trid. ſeſs.4. Later. ſub Leo. X. ſeſs. 10.*

33 *b* Hæreticorum libri prohibẽtor. Ne veram diuinorum cognitionem corrumpant, depranuẽtque religionem. I*mpp. Arcad. & Honorius l. 11. C. de Epiſc. aud. Theod. & Valentin. Impp. l. 5. C. de Hæret. & Man. Leo* I. *ep. 93. c. 15. vide PP. apud Bellar. de laicis lib. 3. cap. 20.*

34 *c* Obſcœni, vanique libri prohibentor. Ne morum corruptio, & impedimentum irrepat ad cognoſcendum diuina. *c. Legant 37. diſt.*

35 *d* Eſto frequens, & attentus auditor verbi Dei. Mirum enim quantum valet vox viua, ad rerum cognitionem inferendum, & animum permouendum. *Auguſt. 1. q. 1. c. 94.* Carthag. IV.

*a* S. Carolus Borr. vit. l. 8. c. 1. S. Ignat. p. 3. c. 1. §. 18. & p. 4. c. 6. lit. O. & p. 7. c. 4. §. 11.

*b* S. Carolus Borrom. vit. l. 8. c. 1. S. Ignat. p. 4. c. 5. lit. B. & c. 14. §. 1. & lit. A.

*c* S. Carolus Borr. in vita l. 8. c. 1. S. Ignat. p. 4. c. 5. lit. E. & c. 13. §. 2.

*d* S. Ign. p. 4. c. 7. §. 2. & c. 16. §. 1.



Digitized by Google

*de Conſecrat. d.*1. *c.*63.

36 A curioſitate abſtinendum eſſe in audiendo verbo Dei. Interrumpit enim, & impedit diuinorum cõtemplationem, & pietatem erga diuina. *Par.*1. *d.*13. *n.*87.

37 Diuini verbi difficultatibus, ſi quæ inter audiendum occurrerint, ne deterritor: ſed auditum præbeto docilem Deo, vt credas; qui nec falli poteſt, nec fallere. Niſi enim credideris, non intelliges. Intelliges autem, cum credideris, argumenta eſſe innumera difficultates diſſoluentia. *Aug. d.*9. *can.*5.

38 *e* Non eſſe à Miniſtro verbi Dei proponenda populo, quæ aut vana ſunt, & humanum inuẽtum, aut populi captum ſuperãt, aut ingerunt dubia. Ne Dei cognitio aut ſyncerè nõ inſtilletur, aut impediatur in rudibus, aut perturbetur. *Trid. ſeſſ.*24. *de Refor. cap.*7. *Concil. Nannet. d.*24. *c.*5. *Petrus* 8. *q.* 1. *c.* 12.

39 *f* Non eſſe vllo modo tolerandos à Principibus ſatores errorum. Peſſumdedit enim doctrina non ſana multorũ Rerumpublicarum non ſolum orthodoxam Fidem, ſed mores etiam, & obſer-

*e S. Gregor.* 3. *Paſt. c.* 5. *Caiet.* 3. *p. q.* 60. *a.* 5. *ad* 1.

*f Arcad. & Hono.* Impp. *l.*3. C. *de Hæret. & Manich.* *Theod. et Valentin.* Impp. *l.*5. C. *eo.* *Gratianus, Valentin. & Theo.* Impp. *l.* 2. C. *de Sum. Trin. et Fide Cath.*

Digitized by Google

obſeruantiam in Principes, & pacis tranquillitatem. 1.*q*.7.*per totum*. & 23.*q*.4. *à c*.38. & *q*.5. *c*.43.44. & *q*.7. & *Decr.lib*.5.*tit*.7. *de Hæreticis*, & *c.Nouerit De ſent. excom.* & *lib*.6. *tit de Hæreticis*, & *Clement.l*.5.*eo.tit*. & *Extrau*. *Copioſus De* I*ud. ac Sarac.* & *Extrau. Ad certitudinem l*.5. *de ſent.excom. Toletan.*VI. *can*.3. *Lateranen.ſub Innoc.*III. *c*.3. *de Hæreticis*.

40 Eſſe puniendos, &, vt ad Fidem redeant, cogendos eos, qui Chriſtianam Fidem cum Baptiſmo receptam deſeruere. Plectendi enim ſunt à ſuis Principibus facinorum rei. *Tolet*.IV. *d*.45.*c*.5 *Aug*.23.*q*.4.*c*.38.*et q*.6.7. & *Decr.l*.5.*tit*.7.*de Hæreticis*,*et l*.6. *tt.de Hæret.*& *de Schiſmat. et Extr.* Copioſ*us De* Iud. *ac Sarac. vide* I*mpp.*& *PP. alios apud Bellarm.de laicis l*.3.*c*.21.

41 Qui Chriſtianam Fidem deſeruit, non eſſe ad Fidelium communionem recipiẽdum, niſi publicè errorem abiurarit. vt ita Eccleſiæ ſatisfaciat. 1.*q*.7. *c*.21. 22. & *Decr.l*.5.*tit*.7. *de Hæreticis*, & *Leo* I. *ep*.85.86.

42 Infideles ad Fidem cõuerſos, tuendos, ac fouendos eſſe. vt ad Fidem cæteri alliciantur.



Digitized by Google

*Extrauag. Dignum l.5. de* Iud*æis*, *&* *Paulus* III. *Extrau. Cupientes* I*udæos*.

43 Cauendum à doctrina, quã Eccleſia Romana non recipit. Nam extra veræ Eccleſię doctrinam eſt, quæ cum Eccleſia Romana doctrina non ſentit. 24. *q.* 1. *&* *q.*3. *c.*39. *&* *Decc. l.*5. *tit.*7. *de Hæreticis.*

g *S.*I*gn.p.*3. *c.*1. *ſ.*2. *&* *p.*4.*c.*4.*ſ.*6.

44 *g* Sunto crebra cum familiaribus de Deo, diuiniſque colloquia. Iis enim mens nobilior efficitur, & excitatur ad clariorem cognitionem Dei. 44. *diſt. c.*6. *Ambr.* 1.*off.c.*22.

45 Animi puritatem procurato. Præcipua enim eſt diſpoſitio ad diuinorum, & litterarum cognitionem accipiendam. *S.*I*gnat. p.*4.*c.*6.*S.*1.

h *S.*I*gn.p.*4. *c.*2.*&* *c.*12. §.3. *et p.*10. §.3. *Vide Ambr.* 1.*offic. c.*26. i *Rom.*1. k *Vid.*I*nſtr.* 6.*c.*3. *Bellar.opuſc. de Aſcenſione mẽt. in Deũ. et in vit.c.*38

46 *h* In humanas, ac naturales diſciplinas incumbito. Verſantur enim illę in rerum creatarum cognitione. *i* A creaturarũ autem cognitione erigimur in cognitionem Dei. nam creaturæ quæque, diuinæ perfectionis effecta, & participationes ſunt. *Trid.ſeſſ.*23. *de Refor.c.*18. *et Patres d.*37.*à c.*8. *Theod.*I*mp. l.vnica* C.*de ſtud.liber. vrb.Rom.lib.*11.

47 *k* Eſto quiſque diligens, vt

vt ſiue mẽte, ſiue ſenſibus in creaturarũ cognitione verſetur; ipſas creaturas intueatur vt imagines Dei. Mirum enim quantum ea cogitatio poteſt ad Dei cognitionem apprehendam. *Ex Salom. Sap.13.& Paulo Rom.1.*

48 *l* Eſto latinæ, græcæ, hebraicæ linguæ ſtudium. *m* His enim potiſſimum linguis humanarũ diſciplinarum, ac in primis authentici diuinæ doctrinæ libri conſcripti ſunt. Multum autem intereſt ad perfectam doctrinarũ intelligentiam, probè tenere eam linguam, qua illę ſcriptæ à primis Scriptoribus fuere; vt in 3. Parte dicetur. *Diſt.37.c.10.& Clement. Inter ſolicitudines l.5. Trid. ſeſſ.5. de-Refor.c.1.*

l *S.Ign. p.4. c.5. §.1. & c.6. §.5. & D. & c. 12. §.2.*

m *Bellarm. vit. c.33.*

49 *n* Magnum eſſe debere Principum ſtudium in diſciplinarum Gymnaſijs, & Academijs inſtituendis, & conſeruandis, & honorandis. Magni enim intereſt Rerumpublicarum habere ciues litteratos. Regũtur enim, & conſeruantur Reſpublicæ conſilio, & prouidentia: quæ non ſunt in rudibus. Præterquam quod excoluntur animi doctrinis, & barbariem deponunt. Quantus autẽ ſplendor eſt Rerumpublicarum

n *S.Ign.p.4. c.11. S.Th. de Regim.Princip. l.1.c.13. Ariſt.7.Pol. c.17.et lib.8. c.1. & Eth. l.10.c.9.*

ciues habere humanos, & cultos? *Theod. & Valens Impp l. vnica C. de ſtudijs liber. lib. 11. Trid. ſeſs. 23. de Reformat. c. 18. Eug* II. *d. 37. c. 12. Decc. l. 5. tit. 5. de Magiſt.*

o S. Ign *p. 4. c. 6. §. 6.* Iuſtinianus *Imp. l. 7. C. de profeſs. & med. lib. 10.*

50 *o* Seligendos eſſe doctiſsimos quoſque prudentiſsimorum iudicio, ac ſuffragio, in Profeſſores, ac Præfectos Academiarum litterarium. Vt enim fortes giguntur fortibus: ita litterati è litteratis prodeunt. *Trid. ſeſs. 23. de Refor. c. 18.*

p Is *apud Sinas vſus.* Iuſtin. Imp. *in proœm. ff. §. Incipite, et in procem. Inſtit. §. fin.*

51 *p* Vnus ad litterarum ſtudia ſtimulus eſto, Nulli magiſtratum vllum demandare, qui non fuerit in Doctoris, ſeu Magiſtri gradum admiſſus. *Trid. ſeſs. 23. de Reform. c. 18. & ſeſs. 24. de Reform. c. 8. 12. 16. 18.*

q *S. Ign. p. 4. c. 6. lit. L. & §. 17. et c. 15.*

52 *q* Vnus ad litterarum ſtudia ſtimulus eſto, litteratorum Gradus inſtituere; nullumque ad maiorum diſciplinarum ſtudia, nec ad vllum gradum admittere, non diligenter de anterioribus diſciplinis examinatum, & approbatum. *Ita plur. Academiæ.*

53 Vnus ad litterarum ſtudia ſtimulus eſto, nulli beneficium eccleſiaſticum vllum conferre: qui non fuerit in Doctoris gradũ admiſſus. *Trident. ſeſs. 7. de Refor. c. 3.*

Digitized by Google

*c.3. & ſeſs.22.c.4.& ſeſs.23.cap.*18.

54 Caueto, quantum fas fuerit, ab alijs curis, quo tempore ad ſtudia litterarum incumbendũ eſt. Non eſt enim potens ad hauriendam doctrinam, vt oportet, animus alijs occupationibus intentus. *S.Ignat.4.par.c.6.§.3.*

55 *r* Prælegendi quamque facultatem modus præſcribitor iudicio ſapientum: quem quiſque Profeſſor ſequi teneatur. Ne auditores operam perdant, ſi eam Profeſſori non methodico impẽderint. *Iuſtin. Imp. in proœm. ff. §. Et primo quidem.*

*r Vide librũ ſtudiorum Societ. Ieſu, vbi præclarus prę legendi modus, ex S. Ignat. p. 4. c.* 13.

56 Prima Profeſſorum cura eſto in quauis facultate ſecuriorem, & magis approbatam doctrinam ſequi, & eos auctores, qui eam docent. Ne periculis errorum ſit aditus. *S.Ignat.p.4.c.5.§.4. Concil. Later. ſub Leone X. ſeſs.8.*

57 *s* Vna prælegẽdi ratio eſto nunquã omittenda: in prælegendis doctrinis humanis dirigere Auditores ad cognitionem Dei; gradu facto ex humanis ad diuina ſecundum ſimilitudinem, & analogiam. Finis enim humanarum diſciplinarum eſt cognitio Dei, vt ſupra dictum eſt. *Hieron. d.37. can.* 10. *Concil. Lateran. ſup.*

*s S.Ign. p.4. c.6. §. 1. & c.8. lit.A. & c.12.§.1. & p.10.§.3. Vide Ambr. 1 off.c.26.*

58 *t* Prǫcepta ſcholaribus prǫſcribuntor de ratione, modoque ſtudendi: quæ quantum fieri poteſt, ſint pro quaque facultate eadem in omnibus Academijs. Magni enim intereſt ad eruditionem accipiendam qua Scholaris ratione in ſtudendo vtatur. *Trid. ſeſs. 23. de Refor. c. 18.*

59 *u* Interrogando, reſpondendo, diſputando, collationes inter ſe ineundo, ſcribendoque ſcholares exercentor. His enim excitamentis radices figit in animis rerum cognitio. *Soc. Ieſ. in lib. Stud. per totum.*

60 *x* Inter præcipuas Principum curas eam eſſe debere, vt ſanctarum Scripturarum, & ſacrorum canonum, & Theologiæ ſtudia vigeãt. Habetur enim per illa cognitio diuinorum; & ad eã propagandam, ac defendendam, ſyncereq; conſeruandum modus. *Trid. ſeſs. 5. c. 1. de Refor. Tolet.* IV. *d. 38. c. 1. Concil. Lateran. ſup.*

61 *y* Eſſe magnam Principum curam debere ad remouendos è Rep. modos ſuperſtitioſos ſciendi. vani enim ſunt ij modi, & illiciti. 26. q. 5.

62 *z* Eligũtor conſilio ſapientum libri doctrinæ ſolidioris, ac ſecu-

t *Vide noſtr. Inſtr. 6. de modo ſtudendi.* *S. Ignat. p. 4. c. 5. §. 3. & c. 6. §. 13. 15. & litt. K. L. M. & p. 10. §. 3.* *Iuſtin. Imp. in procem. ff. per totum.*

u *S. Ign. p. 4. c. 6. §. 8. &* H. I. *et* §. 10. 11. 12. 16. 17. *& litt. O. & c. 13. §. 3.*

x *S. Ign. p. 4. c. 5. §. 1. & littera B. & c. 12. §. 1.*

y *S. Ambroſ. 1. offic. c. 26. ex Ariſt. 8. Polit. c. 2.*

z *S. Ign. p. 4. c. 13.*

ſecurioris; qui à Profeſſoribus prælegantur. Nam, ne periculum ſit doctrinæ non ſanæ, non eſt hoc ſingulorum arbitrio relinquendum. *Ex Ariſt. 8. Polit. c. 2.*

63 Curato quiſque Doctor, vt doctrinam communicet ſine inuidia. Imitandus enim Deus, qui vult omnes homines ad ſui clarã viſionem peruenire. Ergo communicãda doctrina eo modo eſt, vt per nos non ſtet, quin auditores multò nobis doctiores euadãt ad gloriam Dei; quæ ſyncerè intendenda à docentibus eſt. *Salamon Sap. 7. 13.*

64 * Totum Chriſtianũ Clerum ſacrarum Scripturarum ſtudio eſſe addicendũ. è Clero enim ſunt, qui doctrinam ſacram docent, ac docturi ſemper ſunt in populo Chriſtiano. Sacræ ergo doctrinæ ignoratio, quæ contingat eſſe in Clero, maximum detrimentum faciet in Chriſtiana Republica. Ad Clerum etiam maximè ſpectat diuinorum contemplatio; qui & dignitate, & religione proximior eſt Deo. Nõ eſt autem contemplatio ſine præuia diuinorum cognitione. *Trid. ſeſs. 5. c. 1. de Refor. & ſeſs. 23. c. 18. Iſid. d. 23. can. 3. et Hier. d. 36. c. 3.*

* *Ex Leo. I. epiſt. 10. ad Flauian. c 1. 2. & Concil. Lateran. ſub Leo. X. ſeſſ. 8.*

*c.3.* & *Diſt.38.c.8.9. Honor.* III. *c.Super ſpecula Ne cler. vel mon.* & *De Magiſtris*.

*65* In quoque Clero ſaltem vnus eſto, qui Theologiam Clero, & ſacras Scripturas interpretetur. Quam interpretationẽ totus Clerus ſiue quotidie, ſiue ſemel ſaltem in ſingulas hebdomadas audire teneatur. Nulla autem vllum occupatio excuſet, quin ad interpretationem conueniat. Ea enim præcipua eſt occupatio Clericorum. *Trident. ſeſs. 5. c. 1. de Refor. et Honor.* III. *c. Super ſpecula De Magiſtris,* & Innoc. III. *c. Quia nullus eo. tit.*

*66* Poſitiuus eſto Theologiam prælegendi modus, vbi Clerus eſt rudior: *a* & poſitiuus liber, qui explicatur. Rudiorum enim mẽs argumentorum, & reſponſionum ſcholaſtica cõcertatione confunditur. & tamen etiam rudioribus Theologiæ cognitio tradenda eſt, ſi Clerici ſint: vt ex dictis intelligitur. *Trid. ſeſs. 24. de Refor. c. 7.* & *c. Si quis 37. diſt.*

*a Poſitiuus eſt Catechiſmus Romanus,* & 1. *Pars noſtr. Introduct.*

*67* *b* Collationes apud rudiorem Clerum ſunto ſaltem ſemel in ſingulas hebdomadas, horæ ſaltem ſpatio, tum de Scriptura ſacra, tum de diuinorum Officiorum,

b *S. Ign. p.* 4. *c.* 6. §. 10. 11. 12.

rum,

rum, ac Sacramentorum ritibus, modiſque ſacra c prædicationis, doctrinæque Chriſtianæ miniſteria peragēdi, tum de Theologia, tum de Caſibus conſciētiæ; quarta circiter horæ parte ſingulis facultatibus tributa; vnò legente, ex libro quopiam poſitiuo ſingulas ſententias voce elata, clara, ac diſtincta ter, quater, pluries, ac omnibus, qui interſunt, ſententiā lectam deinceps repetentibus. Is enim Collationum modus videtur omnium facillimus: & induci facilè poſſet ab Eccleſiaſticis Principibus in omnem Clerum, præſertim vbi nullus poſſet eſſe ſupradictarum facultatum profeſſor: & breui magna pareretur in rudiorum Clericorum animis eruditio. *Diſt.*38. *&* *c Quia nonnullis De Magiſtris*.

c *S.Ign, exa. c.4.§.25. & p.4.c.8.C.*

68 Caueto, ne dum ardenter in rerum cognitionem incumbis, intepeſcat in voluntate pietas, & amor in Deum. Ne cum magis noueris Deum, minus illum glorifices; & euaneſcas in cogitationibus tuis. *Paulus Rom.*1.

69 *d* Primum medium eſſe Miſsiones ad Dei, diuinorumque veram, ac ſyncerâ cognitionem, præſertim ad Infideles populos,

d *Par.*1.*d.*7. *à n.* 10. *& prop.*677. *Robert. Bell. in vita c.*26. *S.Carol. vitæ l.*8.*c.*6.*§.*2. *De Miſsionibus vide S.Ign. p.*7.

pro-

[illegible]

Digitized by Google

fiat, Miſsionum opus erit perexiguum. *Ratio*.

72 g Congruum eſſe Cõgregationem in Chriſti Eccleſia, eſſe, virorum ſapientiſsimorum, zelo ardentium animarum, & in Miſsionum opere intelligẽtium ob experientiam: quorum cura ſit cogitandi de omnibus Miſsionibus,& deliberandi,& eas, mediaque ad illas obeundas,Summo Pontifici ſuggerendi: Principum enim maximæ,plurimæque curæ aliæ id auxilij videntur exigere. *Greg. XV.*

g *B. Franc. Borgia in vita.*

73 Videri Fideles omnes ex charitate chriſtiana teneri ad Miſſionum opus quà precibus, quà ſacrificijs, quà eleemoſynis, quà conſilio, quà opera ipſa,promouendum. Chriſtus enim pro omnibus mortuus eſt, vultq; omnes homines ſaluos fieri: miniſtram autem eorum ſalutis vult Eccleſiam eſſe,& homines ab hominibus iuuari ad veram Dei cognitionem habẽdam. Quotquot autem in Eccleſia ſumus, ad Eccleſiam pertinemus. Hominibus ergo,præſertim ijs,qui extra Eccle[...]unt, è ſufficientibus ad ſa[...] auxilijs multum deperit; Fidelium cooperatio,miniſte-

*c.3. & Diſt.38.c.8.9. Honor.* III. *c.Super ſpecula Ne cler. vel mon. & De Magiſtris.*

65 In quoque Clero ſaltem vnus eſto, qui Theologiam Clero, & ſacras Scripturas interpretetur. Quam interpretationẽ totus Clerus ſiue quotidie, ſiue ſemel ſaltem in ſingulas hebdomadas audire teneatur. Nulla autem vllum occupatio excuſet, quin ad interpretationem conueniat. Ea enim præcipua eſt occupatio Clericorum. *Trident. ſeſs.5.c.1.de Refor. et Honor.* III. *c.Super ſpecula De Magiſtris, & Innoc.* III. *c.Quia nullus eo.tit.*

66 Poſitiuus eſto Theologiam prelegendi modus, vbi Clerus eſt rudior: *a* & poſitiuus liber, qui explicatur. Rudiorum enim mẽs argumentorum, & reſponſionum ſcholaſtica cõcertatione confunditur. & tamen etiam rudioribus Theologiæ cognitio tradenda eſt, ſi Clerici ſint: vt ex dictis intelligitur. *Trid. ſeſs.24.de Refor. c.7. & c.Si quis 37. diſt.*

*a Poſitiuus eſt Catechiſmus Romanus, & 1. Pars noſtr. Introduct.*

67 *b* Collationes apud rudiorem Clerum ſunto ſaltem ſemel in ſingulas hebdomadas, horæ ſaltem ſpatio, tum de Scriptura ſacra, tum de diuinorum Officiorum,

b *S.Ign.p.4. c.6.§.10.11.12.*

rum, ac Sacramentorum ritibus, modiſque ſacra *c* prædicationis, doctrinæque Chriſtianæ miniſteria peragẽdi, tum de Theologia, tum de Caſibus conſciẽtiæ; quarta circiter horæ parte ſingulis facultatibus tributa; vnò legente, ex libro quopiam poſitiuo ſingulas ſententias voce elata, clara, ac diſtincta ter, quater, pluries, ac omnibus, qui interſunt, ſententiã lectam deinceps repetentibus. Is enim Collationum modus videtur omnium facillimus: & induci facilè poſſet ab Eccleſiaſticis Principibus in omnem Clerum, præſertim vbi nullus poſſet eſſe ſupradictarum facultatum profeſſor: & breui magna pareretur in rudiorum Clericorum animis eruditio. *Diſt.* 38. *&* *c Quia nonnullis De Magiſtris*.

c *S. Ign, exa. c.* 4. *§.* 25. *&* *p.* 4. *c.* 8. *C.*

68 Caueto, ne dum ardenter in rerum cognitionem incumbis, intepeſcat in voluntate pietas, & amor in Deum. Ne cum magis noueris Deum, minus illum glorifices; & euaneſcas in cogitationibus tuis. *Paulus Rom.* 1.

69 *d* Primum medium eſſe Miſsiones ad Dei, diuinorumque veram, ac ſyncerã cognitionem, præſertim ad Infideles populos, pro-

d *Par.* 1. *d.* 7. *à n.* 10. *&* *prop.* 677. *Robert. Bell. in vita c.* 26. *S. Carol. vitæ l.* 8. *c.* 6. *§.* 2. *De Miſsionibus vide S. Ign. p.* 7.

Digitized by Google

propagandam. Fides enim, ideſt, neceſſaria ad ſalutem diuinorum cognitio, ex auditu. Quomodo autem audient ſine prædicante? Quomodo verò prædicabũt, niſi mittantur? *Paulus Rom.* 10. 14, 15, 17. *Alex.* III. *c. Quam ſit laudabile De Iud. & Sarac.*

*e Rob. Bell. in vita c. 26. S. Car. Borr. vit. l. 8. c. 1. in fin. S. Ignat. p. 5. c. 3. ſ. 4.*

70 *e* Congruum eſſe vt prima Epiſcoporum, ac aliorum Principum cura de Miſsionibus ſit. Nam ſine Fide impoſsibile eſt placere Deo. Ne ergo tot hominum millia Chriſti ſanguine redemptorum pereant: occurrendum eſt mittendis prædicatoribus, & ab ijs, ad quos ex officio mittere ſpectat; & ab ijs, quos charitas magis vrget, quia magis hoc negotium iuuare poſſunt & opibus, & auctoritate. Quod autẽ opus Principe dignius, quàm Dei cognitionẽ, Chriſtianamq; Religionẽ propagare? *Alex.* III. *ſupra.*

*f Rob. Bell. in vita c. 26.*

71 *f* Congruum eſſe à Principibus viris certa vectigalia pro Miſsionum miniſtris, certaq; ſtipendia decerni. Qua enim in re magis vtili redditus, prẹſertim Eccleſiaſtici, impendi poſſunt, quàm in Dei cognitione, Chriſtianaque Fide dilatanda? Id niſi fiat,

fiat, Miſsionum opus erit perexiguum. *Ratio*.

72 g Congruum eſſe Cõgregationem in Chriſti Eccleſia, eſſe, virorum ſapientiſsimorum, zelo ardentium animarum, & in Miſsionum opere intelligẽtium ob experientiam: quorum cura ſit cogitandi de omnibus Miſsionibus,& deliberandi,& eas, mediaque ad illas obeundas,Summo Pontifici ſuggerendi: Principum enim maximæ,plurimæque curæ aliæ id auxilij videntur exigere. *Greg. XV.*

g *B. Franc. Borgia in vita.*

73 Videri Fideles omnes ex charitate chriſtiana teneri ad Miſſionum opus quà precibus, quà ſacrificijs, quà eleemoſynis, quà conſilio, quà opera ipſa,promouendum. Chriſtus enim pro omnibus mortuus eſt, vultq; omnes homines ſaluos fieri: miniſtram autem eorum ſalutis vult Eccleſiam eſſe,& homines ab hominibus iuuari ad veram Dei cognitionem habẽdam. Quotquot autem in Eccleſia ſumus, ad Eccleſiam pertinemus. Hominibus ergo,præſertim ijs,qui extra Eccleſiam ſunt, è ſufficientibus ad ſalutem auxilijs multum deperit; cum Fidelium cooperatio,mini-

ſte-

Digitized by Google

ſteriumque detrahitur. Vbi vtilius impendant operam ſuam tot ingenia doctorũ hominum, quos alit Eccleſia; quàm in hominibus ad Dei cognitionem perducendis? *S. Franciſcus Xauer. in litt. & Bellar. in vita c. 26.*

*h S. Ign. p. 4. in proœm. litera A. & p. 7. c. 2.*

74 *h* Qui doctrinæ præſtantia, qui vitę integritate, qui zelo pollent animarum; qui dexteritatem habent in animis iuuandis; qui cupiditate flagrant acerba pro Criſto patiendi: horum eſto Miſſionũ labor, & opus. Solet enim accidere, vt qui ijs Dei donis carent, multò plus obſint in Miſſionibus, quàm proſint. *Diſt. 38. c. 1. & d. 45. & c. Cum ex iniuncto De Hæreticis.*

*i S. Ign. p. 7. c. 2. §. 2.*

*k De Miſſionum ratione vid. S. Ignat. in Conſt. Soc. par. 7.*

75 *i* Inſtructiones præſcribũtor ijs, qui mittendi ſunt, & operi congruentes, & perſonis, ad quas eſt eundum. *k* Scribent autem Inſtructiones expertiſsimi quique, & in Miſsionum arte intelligentiſsimi. Opus enim tanti momenti non eſt ſine directione arbitrio cuiuſque committendũ. *Soc. Ieſu in Reg. Miſs. et Claud. Aqu. in Inſtr.*

76 Non vi, ſed amore Infideles eſſe ad Chriſti Fidem pertrahendos. Nam propriæ mẽtis conuer-

Digitized by Google

uerſione, diuina operante gratia, homo quiſque credẽdo ſaluatur. *Toletan.*IV. *d.*45.*c.*5. *&* *Decc.l.*5. *tit.*6. *De* I*udæis*, *&* *Surac.*

77 *l* Ii, quorum inſtitutum eſt Miſsiones obire, ab ijs miniſterijs remouentor, qui perpetuos, certoq; loco addictos Miniſtros requirunt. Non videntur ergo addicendi Choro, vel certis Eccleſijs, aut curæ Monialium. *Paul.*III. *Iul.*III. *Greg.*XIII. *in Bull.confir.Soc.*I*eſu.*

l S.I*gn. p.*6. *c.*3.§.4.5.6.

78 In Miſsionibus ad terras Fidelium, vt Dei, quæ accipitur, cognitio ſit perſeuerans, vtque propagetur in poſterum: Congregationes inſtituuntor, ac ſodalitia; quorum præcipua cura ſit Chriſtianæ Doctrinæ: Collationũ quoque in quolibet Clero vſus perpetuus relinquitor de Theologia poſitiua, de ſacra Scriptura, de conſcientiæ Caſibus; vt ſupra dictum eſt. *Deff. præd. & vſus in Miſſion.Soc.*I*eſ.*

79 *m* Seminaria ſunto adoleſcentium ſelectæ indolis, & ad pietatem propenſæ, ex Infideliũ nationibus accitorum. Vbi illi ijs diſciplinis, eaque pietate, ac moribus informentur: quales decent initiandos Sacerdotio, & mittendos

m S. I*gnat. p.* 4. *proœm. litt.A.*

dos

Digitized by Google

dos ad Dei cognitionem diſſeminandam. Sæpè enim accidit aliquibus nationibus, vt ab exteris Sacerdotibus iuuari non poſsint; ſiue quia non eſt eorum copia, ſiue quia externi non amantur, ſiue quia ijs latere in perſecutionibus non eſt facile. *Trid. ſeſs.* 23. *de Refor. c.* 18. *Greg.* XIII. *Romæ.*

80 Eſto medium ad diuinorum cognitionem propagandam, editio librorum, ad eum vſum accommodatorum. Sunt autem ei vſui accommodati libri ſcholaſticè ſcripti, pro ſcholis, ac viris eruditis: ſcripti poſitiuè, pro rudioribus: editis lingua materna, pro illiteratis: ſchedulæ, formulæque; vt breuiores quædam doctrinæ ad omnes perueniant: *Vſus Eccleſiæ.*

81 Eſto magnus modus, ſunto magnæ ſententiæ, quibus diuina enunciantur. Eſt enim Deus magnus, omni noſtra enunciatione, intelligentiaque maior. *Eccleſiaſticus c.* 43. *in fin.*

82 *n* Cauento Clerici ab earum doctrinarum ſtudio, quæ ad ſacros Eccleſiæ Miniſtros non pertinent. Doctrina enim ſacra, quam habere Eccleſiæ Miniſtri tenentur, totum hominem requirit,

*n S. Ign. p.* 4. *c.* 12. *§.* 1. 4.

rit, & mentem ab alijs cogitationibus liberam. Abſtinendum ergo Clericis eſt à ſtudio Iuris ciuilis, quod magnopere occupat ſtudentium mentem, & ad curas temporalium pertrahit, à quibus Clerici debẽt abhorrere. *Hieron. d.37.c.3. & diſt.38. & Alex.* III. *c.Non magnopere Ne cler.vel mon. & Honor.* III. *c.Super ſpecula De Priuil.& Bonif.*VIII. *c.Statutum, & c.Vt periculoſa l.6. Ne cler. vel mon.*

83 *o* Præcipuum Sacerdotum ſtudium eſto ſanctarum Scripturarum, & ſacrorum Canonum. In his enim libris ſunt ea, quæ docere populum debent de credendis, deque agendis. *Tolet.*IV. *d.38.c.1.4.5.6.7.*

o *S.Ign.p.4. c.5.B.*

84 *p* Sacerdotes omnes antequam initientur teneri tantũ eruditionis habere, quantũ opus eſt ad ſacrificium corporis, & ſanguinis Chriſti conuenienter offerẽdum Deo. Ad hunc enim finem initiantur. Debent ergo apti eſſe fini conuenienter conſequendo antequam initientur. Omnino autem inepti videntur eſſe, niſi & ritus nouerint offerendi: & Dei Maieſtatem, cui offertur; & populi neceſsitates, pro quibus offer-

p *S.Thom.in Addit. q.36. a.2.* *Vide Gregor. Paſt. p.1.c.1.*

Digitized by Google

offertur;& diuina dona,pro quorum impetratione ,gratiarumq; actione peragitur; & ipſa diuiniſsimi ſacrificij myſteria;& oblationis valorem, ac ſanctitatem; & principalis offerentis, ideſt, Ieſu Chriſti, cuius ipſi Miniſtri ſunt,excellētiam. Dedecet enim tantum ſacrificium ſine horum cognitione peragi. *Diſt*. 36. & *diſt*.38. *c*.5.

q *S.Thom.in Addit*. *q*. 36. *a*.2. *Vide Greg. Paſt.p*.1.*c*.1.

85 *q* Sacerdotes omnes antequam initientur, teneri tantum eruditionis habere, quantū opus eſt ad inſtruendum populum de credendis, & agendis, vt in gratiam veniat cum Deo, & æternā ſalutem conſequatur. Ad eum enim finem Sacerdos initiatur, ... per ſacrificium mediator ſit ...ter homines,& Deum. Media...oris autem eſt ſcire cū vtraque ...arte loqui,eaſque ad amicitiam ...rahere. Non poteſt autem homo in Dei amicitiam venire, niſi nouerit & credenda, & agenda pro ea amicitia conſequenda,& conſeruanda. Hæc igitur ipſa noſſe Sacerdotes oportet cum initiantur,vt alios docere poſsint. *Conc. Nannetenſe d*.24.*c*.5. *Hieron.d*.36. *c*.3. *Tolet*.4.*d*.38.*c*.1. & VII.*Syn*. *d*.38.*c*.6.*Trid.ſeſs*.23.*c*.14.*de Ref*.

86 *r* Sacerdotes omnes ante quam initientur teneri tantum eruditionis habere, quantùm eſt ad Sacramenta, præſertim pœnitentiæ, ritè, conuenienterq; miniſtranda. Ad hoc enim poteſtatem accipiunt, cum initiantur. * Non decet autem eam poteſtatem eſſe otioſam. Iudex autem eſt Sacerdos animarum, & iudicium exercet, cum Pœnitentiæ Sacramentum miniſtrat. magna autem requiritur in animarum cauſis iudicãdis ſcientia. *Diſt.36. & d.38.c.5. Trid.ſeſs.23.c.14. de Refor.*

*r S.Thom.in Addit.q.36. a.2.*

** Tridẽt.ſeſs. 23.c.16. de Refor. S.Thom. in Add.q.17. a.2.ad 2.*

87 *s* Epiſcoporum opus eſſe Clericorum, antequam Sacerdotes initientur, eruditionem. Ipſi enim ſunt Paſtores, ipſi in Eccleſiaſtica Hierarchia Magiſtri cæterorum. *Trid.ſeſs.23.de Reform. c.*18. *Tolet.*IV. *d.*38.*c.*2. *Carthag.* III. *d.*38.*c.*7.*Can.Apoſt.*57.

*s S.Thom.in Addit.q.36. a.2.*

*Caput*

Digitized by Google

*Caput Secundum.*

# De Amore in bonum ſummum.

*ſiue*

# *De vltimo fine proſequendo.*

88 ESse Deum diligendum ſuper omnia. Obiectum enim amoris eſt bonum.quò ergo bonum eſt maius, eò exigit magis amari. Deus autem ſummum bonum eſt, ac principium, è quo eſt quicquid aliquam boni rationem habet. Vnde etiam eſt vt Deus ſit omnium finis, ac perfectio. Perficiuntur enim omnia, quatenus aliquod bonũ participant. omne autem bonũ à Deo eſt.Quicquid igitur diligit perfectionem, finẽque ſuum; Deum diligat neceſſe eſt,vt vltimam perfectionem, ac finem. Deus autem eſt infinitè perfectus. infinitum ergo amorem poſtulat. Igitur diligendus ſuper omnia. *Baſil.in Aſcet.c.*2.*&* *c.Charitas eſt De pœnit.d.*2..

a S. *Carolus Borr.in vita l.*8.*c.*8.

89 *a* Liberalem eſſe debere amo-

amorem in Deum[1]. Quid enim retribuas ei, qui ſuum pro nobis Filium verum Deum in fratrem, in pretium, in cibum, in præmiũ largitur? *c. Charitas* 2. *De Pœnit. c.*2.

90 *b* Perpetuum eſſe debere amorem Dei. Eſt enim Deus bonum æternum: & nobis tamdiu bonum, quamdiu ſumus. Nam quod ſumus, à Deo ſumus. *c.Charitas, & c. Radicata, & c. Valida De Pœnit. d.*2.

b *Carolus ſupra.*

91 *c* Fortem eſſe debere amorem in Deum. vt omnem timorem ſuperet, etiam mortis. *c.Charitas* 1.*de Pœnit.d.*2.

c.S.*Carolus Borr. in vita l.*8.*c.*8.

92 *d* Eſſe omni diligentia procurandam, excitandam, in nobis, in cæteris, voluntatem, & amorem in Deum: eam in omni actione, quantum fieri poteſt, renouandam. Eſt enim Deus, qui ſummum eſt bonum, vltimus noſtrarum actionum finis: à quo eæ magnam bonitatem recipiunt, ſi ad eum à nobis referantur: à quo ſi auertantur, peccatum committitur. Principium autem dirigendi actionem in bonum aliquod, eſt amor in illud. Facimus enim actiones quaſcunque facimus, vt bonum aliquod aſſequamur, aut

d S.*Carolus ſup.*



Digitized by Google

conſeruemus, quod amamus. Amandus ergo Deus, vt perfectę ſint actiones noſtræ. *Aug. de Amic. c. 11. tom. 4. et c. Illa anima, c. Charitas 3. §. Hæc eſt De Pœnit. d. 2.*

e S. *Carolus Borr. in vita l. 8. c. 8.*

93 *e* Eſto deſiderium Deo placendi vehemens, inſatiabile, ſolidum, & immotum. Tale enim deſiderium exigit magnificentia, & gloria Dei, & immenſa, quæ ab eo accipimus, bona. *Baſil. in Reg. breu. q. 157.*

94 Deſiderium Deo placendi, intelligenti, & continua magnificentiæ, & gloriæ Dei contemplatione, & cogitationibus ſynceris, indeſinentique bonorum, quæ à Deo accepimus, memoria, comparari. Non enim fertur voluntas in incognitum. *Baſil. in Reg. breu. q. 157. 172. 212.*

95 Procurandam ſemper eſſe, conſeruandamq; noſtrarum voluntatum cum diuina voluntate conformationē. Eſt enim is actus maxima amoris actio. Quoniam Deus nihil habet maius, ac melius ſua voluntate. Volumus autem, amamuſq; diuinam voluntatem, cum ei voluntati noſtram voluntatem conformamus. *Baſil. in Reg. breu. q. 211. & c. Si enim De Pęnit. d. 2.*

96 Eſſe

Digitized by Google

96 Eſſe omni conatu in diuinorum præceptorum obſeruationem incumbendum. Nam ſine ea non poteſt eſſe amor in Deum. *Baſil.in Reg.br.q.*213.

97 *f* Toto conatu contendendum in diuinam gloriam procurandam, & amplificandam. Eſt enim diuina gloria quæque diuinæ bonitatis cõmunicatio, præſertim ea, qua Dei ipſius cognitio tribuitur. Quæque autem effecta imagines quædam ſunt, ac ſimilitudines principiorum ſuorum. Eſt igitur diuina gloria quædã diuinæ bonitatis imago, & imitatio, & quaſi ſplẽdor quidam ab infinita luce promanans. Eſt proinde gloria Dei diuinum bonum. Quiſquis autem amat, vult amico bonum ei cõgruum. Velle igitur debemus Deo gloriam, bonum diuinę bonitati maximè proprium. *c. Cum ſanctam De Pęnit.d.*2.

*f* S. I*gnat. in* C*onſt.per totum. ſignatè par.*4.*c.*16. §.4. S.C*ar.in vita l.*8.*c.*8.

98 In diuinorum morum imitationem incumbendum: niſi haberi velimus non amantes Dei. Amantis enim eſt, amici in ſe mores exprimere. Quiſquis prototypum amat, non poteſt non eius imaginẽ diligere. Iubemur autẽ Dei mores in nobis expri-



Digitized by Google

mere. Deum igitur non amat, qui illud in ſe efficere non amat. *Baſil. in Reg. breu. q.* 162. *&* *c. Similem Dei De Pęnit. d.* 2.

99 Amandos homines eſſe, nō ſolum Deum. Sunt enim omnes homines imagines quædam Dei, & amicabiles Deo. Qui autem imaginem non amat, & amicum, quem videt: deprehenditur nō amare prototypum, nec amici amicum, quem non videt. *Baſil. in Aſcet. c.* 3. *&* *c. Charitas eſt* §. *Corpus De Pęnit. d.* 2.

100 Regula amoris in alios eſto modus, quo nos amamus ipſi. Non enim apparet alia verior, ac certior alios amandi menſura. *Ex Ariſt.* 9. *Eth. c.* 8.

101 Eodem amore, quo nos ipſos, amandos alios eſſe. Præcipuus enim noſter in nos amor eſt; quatenus ſumus imagines, & amicabiles Deo. Imagines autem Dei, & Deo amicabiles omnes homines ſunt. *Baſil. in Reg. breu. q.* 162. 163. *et c. Charitas* §. *Proinde De Pęnit. d.* 2.

102 Ab amore, quo nos amamus vt imagines Dei, Deoque amicabiles, nō eſſe vllum hominem, neque inimicum excludendum. Eſt enim etiam qui nobis

ini-

inimicus ſit, imago Dei, Deoque amicabilis. *Baſil.in Reg.bre.q.*163. *176. & c. Charitas 2. §. Non illi De Pœnit.d.*2.

103 *g* Eſſe in amore noſtro ordinem debere. Eſt enim Deus diligendus ante omnia, tum nos ipſi, tũ cæteri; & in cæteris prius ij, qui cum Deo, tum qui nobiſcum magis coniuncti ſunt. *c.Itane 32.q.5.& c.Valida eſt De Pœnit. d.2.*

*g Vide 1. Par. Introd. diſt. 9. à pr.* 1537.

104 Inuitamentum ad Deum amãdum eſto: quamcunque rem intueare, quacunque vtare, eam vt donum, ac beneficium Dei, vt amorem erga te Dei, agnoſcere. Verè enim & viſibilia omnia, & Angeli, & Chriſtus, & Eccleſia, & Sacramenta, & gratiæ ornamenta, & Deus ipſe, dona ſunt in nos Dei. *Roman.*8. *Matth.*5. *Pſal.*90.*Hebr.*1. *Deuter.*32.*Cor.*1.

105 Inuitamentum ad homines amandos eſto: eos vt imagines Dei, vt Deo amicabiles, vt Ieſu Chriſti ſanguine redẽptos intueri. Tales enim verè ſunt omnes homines. Eſtque ea conſideratio nobiliſsima, & homine Chriſtiano digna. *Baſil.in Reg.br. q.160.S. Th.2.2.q.95.& c.Non illi De Pœn.d.2.Leo Pap.c.Odio* 86.*diſt.*



Digitized by Google

106 Amoris in Deum exercitatio eſto: Siue manducamus, ſiue bibimus, ſiue aliud quid agimus; omnia in nomine, ideſt, ſecũdum imitationem Domini noſtri Ieſu Chriſti facere. [Eſt enim Ieſus Chriſtus Deus homo, auctor diuinæ amicitiæ, ac ſalutis æternæ, Pater noſter. Par eſt ergo nos eius membra, eius filios, eum in omni noſtra actione imitari: hoc eſt, nos ita in omni actione gerere, ac ſi Chriſtus eſſemus; ideoque eam agere, quia Deus homo Ieſus Chriſtus egit illam. Mãducauit enim Ieſus Chriſtus, bibit, dormiuit, ambulauit, cogitauit, locutus eſt, aliaſque hominum actiones egit; acerba quoque, laboreſque ſubiuit. *Baſil. in Reg. breu. q. 195. 196.*

h *Aug. Enchir. c. 121. & tract. 7. in 1. Can. Ioan.*

107 *h* Amoris in Deum exercitatio eſto: Siue manducamus, ſiue bibimus, ſiue aliud quid agimus; omnia in nomine, ideſt, in obſequium Domini noſtri Ieſu Chriſti facere. Dominus enim Ieſus Chriſtus Creator noſter, & auctor ſalutis, exigit à nobis eũ amorem, vt ei nos redonemus. *Paulus Coloſs. 3. 17.*

i *Lege S. Ign. in l. exerc. in contempl. ad amor. excit. & noſtram Med. de arte amãdi Deũ.*

108 *i* Ad excitandum in nobis amorem Dei: Eſto crebra de

de diuinis beneficijs meditatio. Nihil enim magis ad amandum mouet, quàm intelligere te amari. Intelligimus autem nos à Deo amari, ex eius in nos beneficijs, ac donis. *Baſil. in Reg. breu. q.* 157. 172. 212.

109 Ad excitandum in nobis amorem Dei, eſto crebra de diuinis perfectionibus contemplatio. Amatur enim in omnibus pulchritudo, ac ſpecies. Deus autē quatenus ſummè perfectus, pulchritudo eſt infinita. *Baſil. ſup.*

110 k Vt ex Dei pulchritudine amorem in te excites Dei: Dei pulchritudinem vt tuum bonum conſiderato, quippe cuius viſione æterno tempore frueris in cælo. Radix enim amoris in alia, eſt amor in nos ipſos. *Sum. Eth. d. 2. q. 2. prop. 6. de Amic.* §. 3.

k *Ariſt.* 8. *Eth. c.* 5.

111 Vt in te, vt in alijs amorem concites Dei: de diuinis in nos beneficijs, deq; diuinis perfectionibus eſto ſermo in conuentibus familiaribus, in concionibus ad populum. Quæ enim amorem excitant cum cogitantur, multò magis mouent cum proferuntur voce. *Exper.*

112 Veritatem, certitudinē q; proponito in diuinis perfectio-

nibus, ac beneficijs commemorandis. Non enim mouetur animus ad amandum, quod non videt, niſi certus ſit eſſe bonum illud. & beneficia quantumuis magna non excitant ad amandũ, niſi eum, à quo ea deriuari certi ſumus. Valet autem maximè ad permouendum proponere diuina vt omnino certa diuina fide. *Baſil. in Reg. breu. q.* 172.

113 Remoueto ſpeculationẽ ab ea conſideratione, qua tibi Deum ad amandum proponis. Impedit enim amoris actum ſpeculatio. An quia non ita certò bonum proponit, vt volũtas exigit, vt illud amet? An quia inquietus actus eſt ſpeculatio: amor autem quietẽ requirit, vt fiat nexus cum bono, quod ab intellectu proponitur? An quia vehemens actus eſt ſpeculatio: cui dum animus eſt intentus, non poteſt ſimul alium actum formare, nempe amoris? *Exper.*

l *S. Ignat. ex. c.* 3. *§.* 12.

114 *l* Remoueto ſcrupulos ab animo, qui quietem conſectaris diuini amoris. Corrumpũt enim cogitationem de diuino in nos amore ſcrupuli. Amor autem amorem parit. *Exper.*

115 Remoueto ſolicitudines ab

ab animo, & anxias de re quauis cogitationes: ſi mauis in diuino amore cõquieſcere. Curæ enim, præſertim anxiæ, diſtrahunt ab alijs actibus animum. *Trident. ſeſſ. 25. de Regular. c. 2. 3.*

116 *m* Impedimentum abigito diuini amoris immoderatam cupiditatem temporalium. Corrumpit enim diuinum amorem immoderata cupiditas, & amor cuiuſcunque, quod nõ eſt Deus. *Ambr. 1. off. c. 47. Baſil. in Aſcet. c. 8.*

m *S. Th. 2. 2. q. 183. a. 1. Bellarm. vit. c. 37.*

117 *n* Primam eſſe debere Rectorum curam: ne in ſe, vel in ſuos immoderata irrepat cupiditas temporalium. Semper enim illa in omni ſocietate amorem peſſumdedit & in Deum, & in homines. *Trid. ſeſſ. 25. de Regular. & Monach. c. 1. 2.*

n *S. Tho. de regim. Princ. l. 1. à c. 10. Baſil. in Aſc. c. 8.*

118 Primam Principum curã eſſe debere, ſibi, ſuiſque diuinum amorem inſerere, ac augere. Hac enim arte & allicitur Deus ad Reipublicæ fauorem; & inducuntur ſubditi ad obedientiam; & pax inter illos, iuſq; ſeruatur. *Baſil. in Aſcet. c. 2.*

119 *o* Agenda eſſe bona opera, ſi amas Deum. Opera enim bona ſunt, quæ Deus aut præcipit, aut conſulit. Voluntatem

o *De bon. oper. vide 1. Part. Introd. à prop. 1035.*



Digitized by Google

ergo diuinam, ideſt, Deum, non amat, qui bona opera non agit. *Chriſtus* Ioan. 14. 23. 24.

p *S. Carolus Borr. in vit. l. 6. c. 9. De operibus miſer. vide 1. Par. Intr. à pr. 1603.*

120 *p* Agenda eſſe opera miſericordiæ, cum oportet: vt amorem erga homines habeas. Non enim amat alios, qui bonum alijs non vult, cum oportet. Opera autem miſericordiæ in hominum bonum cedunt. *Baſil. in Reg. breu. ſæpè.*

121 Amoris ſigna in alios ſẽper oſtendito, etiam cum eos punis, etiam cum ab illis pateris malum. Ita enim Deum imitaris; qui benefacit cum punit, cum iniuriam recipit. *Baſil. in Aſcet.*

q *S. Ign. ex. c. 4. §. 8.*

122 *q* Amoris in alios actionem eſſe, eorum correctioni cooperari. Vult enim bonum is, qui amat, ei, quem amat. Magnum autem bonum eſt, probitas morum. *Baſil. in Aſcet.*

r *S. Ign. p. 3. c. 1. §. 15. & litt. N.*

123 *r* Correctionis fraternæ modum à lege charitatis petendum eſſe. Charitas enim docet eum modum. *Par. 1. d. 9. n. 49. S. Th. 2. 2. q. 33.*

124 Caueto ne amor tui, rationem aut præcurrat, aut deſerat. Periculũ enim eſt, ne ſi præcurrat, extinguat amorem in Deum: ſi deſerat, ignauus ſis in

amore

Digitized by Google

amore diuinorum. Nam amor ſui, cum moderatus eſt, & obediens rationi, amorem diuinorum & excitat, & iuuat. *Ambr. 1. offic. c. 47.*

125 Triſtitiam de aliorum malis, lætitiam de bonis concipito. Nam qui eo modo non afficitur, apertum habet indicium, quod alios non diligat. *Baſil. in Reg. breu.*

*Caput Tertium.*

## De veræ, rectæque Intentionis actione.

126 *a* VErā in omni actione, rectāmque intẽtionem habendam eſſe. Eſt enim Intentio voluntas finis proſequendi. omnis autẽ actio eſt alicuius finis proſecutio. nam omnis actio finem aliquem habet, ad quem vel ex ſe tendit, vel ordinatur ab agẽte. Finis autem, perficiẽdi rationem habet. Si finem ergo aliquem non verum, aut non rectum intendas; continget actiones, quas ad eum aſſequendum agis, neque veras, neque rectas eſſe. *S. Thom. de regim. Princ. l. 1. c. 7.*

a Introduct. 1. Par. prop. 1721. S. Ignat. p. 3. c. 1. §. 26.

b *Ariſtot*.1. *Eth.c*.2.

127 *b* Finem in omni regimine intendendum, eſſe Bene viuere, ſeu Rectam ſecundum virtutem actionem. Is enim eſt, cuiuſque Reipub. ſeu ciuitatis finis. *Ariſt*.3.*Politic.c*.6. & *l*.7. *c*.1.3. & 10.*Eth*.8.

c *S*.I*gnat.in Conſtit.per totum.et ſignatè ex.c*.4.§.1. & *p*.3.*c*.1. §.26.& *p*.4. *c*.16.§.4. & *l. exerc. de orat.præpar.*
d *S*.I*gn.exa. c*.4.§.44. & *l.exer.de Regno Chriſti*, & *de vexillis*.

128 *c* Eſſe Deum, ideſt, Dei gloriam, Dei voluntatem, *d* Dei imitationem, Dei obſequium, Dei gratiam, & amicitiam, Dei poſſeſsionem, in omni actione intendendam. Qui enim Deum ſecundum aliquam harum, aut ſimilium rationum, non intendit; ſũmo bono priuat actiones ſuas. modum etiam in agendo ignobilem habere neceſſe eſt; & politicum tantum, & humanum, non etiam chriſtianum, ac diuinum. *S.Thom.de regim.Princip. c*.10.11. *S.Baſil.in Reg breu.q*.195.196.

e *S*.I*gn.p*.3. *c*.1.§.26.

129 *e* Non eſſe vllum bonum intendendum præ ipſo Deo. Fieret enim iniuria Deo, qui ſummũ bonum eſt, & Princeps ſummus. *S.Th.de regim.Princ.c*.10.11.

130 Non eſſe à Principibus intendendum bonum vllum Reipublicæ potius, quàm ipſum Deum. Eſt enim Deus magis cõmune bonum, quàm bonũ aliud quodcunque. & ipſe ſummus.

Prin-

Princeps eam iniuriam vertet in malum & Principum,et Rerumpublicarum. quoniam eſt iuſtus. Princeps autem, qui hoc non videt,aut atheus eſt, aut inſanus. *S.Thom. ſupra.*

131 Primam Principum, etiã ſæcularium,intentionem eſſe debere ſalutem æternam ſubditorũ. Hoc enim eſt maximum bonum, quod Principes intendere poſſunt & ſibi,& ſubditis, ſi verè ſe amant,ac ſubditos. eaque intentio lucem magnam Principibus præferet ad boni regiminis rationem peruidèndam. *S.Thom.de regim.Princ.*l.1.*c.*8.9.14.

132 Eſſe ab omnibus diuinorum contemplationem intendendam. Nam in diuinorum cõtemplatione ſumma hominis felicitas eſt. qua optimo modo, ideſt, vitali intellectus actione, ſummum bonum habetur, qui Deus eſt. quæ vita eſt omnium iucundiſsima. ex qua nobilior cæterarum actionum modus deriuatur. *Ariſt.*10.*Eth.c.*7.8.

133 *f* Primam eccleſiaſticorum Principum intẽtionem eſſe debere, diuinum cultum,& religionis conſeruationem,ac incrementum. Is enim eſt finis Sacerdotij.

f *Bellarm.in vit.c.*26.

dotij. *S. Thom. de regim. Princip. l. 1. c. 14.*

*g S. Thom. de regim. Princ. l. 1. c. 14.*

134 *g* In eam ſæculares Principes intentionem incumbere debere vt ipſorum propriam: vt pax ſit in Republica, & iuris æquitas, & mores politici. In his enim humanum, ac politicum regimen poſitum eſt. *Nicolaus* I. *d.* 10. *c.* 8.

135 Bonum propriũ præ communi bono ne intendito. Praua enim hæc intentio corruptiua eſt publicæ rei. Ideo quiſque, Princeps in primis, cohibere debet animum ab immoderata propenſione ad commoda, delectationeſque ſenſibiles. *S. Th. de regim. Princ. l. 1. à c. 7. Ambr. 3. off. 3. 4.*

136 Boni magis communis intentionem potiorem eſſe debere, quàm boni minus communis; præſertim ſi magis commune bonum ſit ſpirituale, ac æternũ. eò enim intẽtio præſtantior, quò bonum diuinius. Ob id Chriſtiani Principes conſpirare ſæpè ſolent ad Chriſtianæ Religionis hoſtes debellandos, cum ſuorum Regnorum periculo; & nulla habita inimicitiarum, quæ inter ipſos intercedere ſolent, ratione. *Ratio.*



Digitized by Google

137 Ne eduntor; ne leguntor; prohibentor libri, qui de regimine agentes, contra veram intentionem aliquid docent, aut religionem. Corrumpunt enim veram prudentiam. *Vid. Indic. lib. prohib.*

138 Tranquillitatẽ conſcientiæ, ſecuritatem intendito innocentiæ. In his enim huius vitæ felicitas, & initium futuræ. *Ambr. 2. offic. 1.*

139 *h* Caueto ne pro bonis operibus temporalem mercedẽ intendas potius, quàm æternam. Vilis enim animi hoc eſt, & ſuorum operum nobilitatem contemnentis. *S. Th. de regim. Princ. l. 1. à c. 7. Ambr. 2. off. 1.*

h 1. *Parte prop.* 13 14.

140 Diuinorũ cognitionem, rectamque actionem intendito. *i* In his enim poſita eſt ſumma, quæ in hac vita felicitas poſsit haberi. *Ambr. 2. offic. 2. 3.*

i *Ariſt. 1. Eth. c.* 5. 7. 8. 9. 10. 12. 13.

141 In omnis operis principio rectam intentionem renouato. Multum enim hoc intereſt ad operum honeſtatem, ac valorem. *Patres.*

142 Mane cum primum ſurgis intendito Deum. Ita enim rectè diriges vitam, & opera. *Def. præced.*



Digitized by Google

143 Veſpere ante ſomnum, vitæ, operumque examen eſto, An in illis intenderiş Deum. ita enim quicquid in eis peccatum à te fuerit, facilè videbis, vt corrigas. *S.Ignat.p.*3.*c.*1. §.11. & *p*.4.*c*.4.§.3.

*k Ita S. Ign. in vit. & in Conſt. per totum.*

144 k Perpetuum ſtudium eſto, vt intentio ſemper rerum magnarum, ac prestantiorum ſit: vt Magnæ ſanctimoniæ, Innocentis vitæ, Maioris diuinæ gloriȩ, Perfectȩ imitationis Chriſti, Boni communis, Reformationis Eccleſiæ, Conuerſionis Infidelium, Intelligẽtiæ Scripturarum ſanctarum, Pacis vniuerſalis, & aliorũ hiſce ſimilium. Tales enim ſolent eſſe actiones, & actionum modi: qualis eſt agentis intentio. Ideo Chriſtus magna inſtituit, & præclarum Eccleſiaſticȩ Hierarchiȩ modum; quia magnam Dei gloriam intendebat. *Paulus* 1.*Cor*.12.31.

145 Caueto ne quid intendas vnquam, quod turpe ſit. Nihil enim homini expetendum, niſi honeſtum. *Ambr*.3.*offic*.5.8.9.



Digitized by Google

*Caput Quartum.*

## a De Contemplationis actione.

146 *b* PRocurãdam ab omnibus eſſe contemplationis actionem. Eſt enim Contemplatio mentis actus, quo Deum, diuinaque apprehendimus cum quiete, ſine motu inquiſitionis. *c* Is autem actus nobiliſsimus eſt; ac proinde in eo poſita eſt humana felicitas, ideſt, poſſeſsio ſummi boni. Debet autem quiſque procurare ſibi bonum tantum. 2.*q*.7. *c*.60.

147 Contemplandi, meditandique diuina modũ ex Patribus diſcito. Ea enim actio diuinam prudẽtiam requirit. quam Deus tribuit viris ſanctis. *Vid.S.*I*gnat. Loy.in l.exerc.*

148 *d* Singulis diebus tempus aliquod ex cæteris occupationibus detrahito: vt contemplationis bono perfruare. Debet enim occupatio circa bonũ ſummum, ad quod cætera bona ordinãtur, primũm in actionibus noſtris locum habere. Habeat igitur tem-

a *De ſacra meditationis ratione, impedimentis, remedijs vide noſt.*Inſt.12. *Claud. Aqu. lib.* I*nduſtr. cap.*3.

b *S. Carolus Borr. vit. l.*8. *c.*5. *Ariſt.* 7. *Pol. c.*3.14.15.

c *Sum. Eth. diſp.* 2. *q.* 1. *prop.*3.4. & I*ntr.* 1. *Par. d.*5.*n.*7. *S. Tho.* 2.2. *q.*180.*a.*4.

d *S.Car.Bor. vit.l.*8.*c.*5. *Bellarm. vit. c.*35. *et opuſ. de aſcenſ. mẽtis in Deum. Vide S.Bern. de conſid. ad Eug.l.*1.*et* 5.

pus

pus quotidie ſuum; quãtum Dei vocatio dederit. *Ambr. 3. offic. c. 1.*

*e Bellar. vit. c. 35.*

149 *e* Singulis annis dies aliquot è cæteris occupationibus detrahito: vt cõtemplationis bono perfruare. Deberetur enim contemplationi omne tempus: ſi fieri poſſet. *Vſus Soc. Ieſu, & aliorum.*

150 Debere totos cõtemplationi ſe dedere, qui ab alijs curis remoti vitam degunt ſolitariam. Id enim exigit ſummum hominis bonum; ac Dei vocatio ad viuendum ſolitariè, ac liberè à curis terrenis. *Ex Ariſt. 7. Politic. c. 3. 14. 15.*

151 Debere Principem contemplationi ſtatis temporibus vacare. vt per vnionem cum Deo, qui ſummus Rector eſt, lumen, ac vim accipiat ad regimen. *S. Ignat. p. 9. c. 2. §. 1.*

*f S. Car. Bor. vit. l. 8. c. 5. S. Ign. l. exer. Ann. 20.*

152 *f* Contemplationis locus eſto ſolitudo, ac receſſus ab alijs. Solitudinem enim contemplatio requirit, ne perturbetur. *Chriſtus exemplo.*

153 Præparatio ad contemplationem eſto Amor, & deſiderium in Deum. Contendit enim ad amici præſentiam, qui amat; eaq; delectatur, cum eſt amicus

præ-

præſens. Deum autem facimus nobis contemplatione pręſenté: quamquam nunquam abeſt ab vnoquoque noſtrum. *Vid. Baſil. in Reg.breu.q.*157.

154 Præparatio ad contemplationem eſto, perſpicua, firma, multoq; ante elaborata diuinorum cognitio. Nō enim eſt contemplatio, ſed ſtudium litterarium, & meditatio de diuinis; ea diuinorum conſideratio, ac ſpeculatio, qua ipſorum diuinorum veritas inquiritur. Contemplatio inquiſitionem non habet, ſed ſupponit. Quare in contemplatione à ſpeculatione ſcholaſtica cauendum. *Bellar.vit.c.*35.

155 Præparatoriam ad contemplandum cognitionem facito, ſermo de diuinis, auditus, lectio, meditatio, ſtudium. Hæc enim ſunt media ad diuinorum veritatem inquirendam, quæ prę habenda menti eſt ad contemplationem accedenti. *Exper.*

156 g Præparatio ad contemplationem eſto, frænatio cupiditatis, quæ ad viſibilia fertur, ac temporalia. Solet enim amor in Deum viſibilium cupiditate intepeſcere. Præparatio autem ad contemplandum eſt amor in Deum,

g 1. *Par. prop.*680.

Deum, vt ſupra dictum eſt. *Ariſt.* 7. *Polit. c.* 14. 15.

h *S. Ign. lib. exercit. Ann.* 11. 12. & 1. *hebd. exer.* 3. 4. & 2. *hebd. contempl.* 3. 4. 5.

157 *h* In eiuſdẽ materiæ contemplatione perſiſte diu. Nam & ea magis cogitamus, quæ magis nouimus; & circa magis nota magis afficimur. *Exper.*

i *Par.* 1. *prop.* 680. *S. Tho.* 2. 2. *q.* 172. *a.* 4.

158 *i* Ab anxijs curis, etiam de diuinis ipſis, caueto. Perturbant enim illæ contemplationis quietem. nec eſt, cur curas anxias habeamus de vlla re, ſi ſolicitudinem omnem in Deum reijciamus, cui cura de omnibus eſt. *Chriſtus Matt.* 6. 33.

k *S. Ign. p.* 4. *c.* 4. *litt. C.* & *l. exercit. de trib. mo. orandi.*

159 k Cõtemplationem oratione vocali excitari. Tum quatenus oratione vocali petitur à Deo auxilium ad contemplandũ; tum quatenus ipſa verba ſacra materia contemplationis ſunt. *Exper.*

l *Par.* 1. *prop.* 681. *S. Tho.* 2. 2. *q.* 180. *a.* 2. *et q.* 181. *a.* 1.

160 *l* In virtutum moralium acquiſitionem incumbito. Diſponunt enim virtutes morales ad contemplationis actionem: quatenus & animi paſsiones impediunt, & exteriores occupationum tumultus ſedant. *Ariſt.* 7. *Politic. c.* 15.

161 Contemplationem ſacra lectione iuuari. Tum quatenus ſacra lectio colligit animum: tum

Digitized by Google

tum quatenus materiam præbet ad contemplandum. *Exper.*

162 Cum contemplationis actione amoris actionẽ iungito erga Deum, quem contemplaris. Ita enim præclariſsimum bonũ fit contemplatio. Nam Dei cognitio bonum noſtrum eſt, quatenus per illam vitali modo exprimitur in nobis Deus: amor autem ex noſtro affectu bonum eſt Dei, qnatenus per amorem, & complacẽtiam de Deo, & nos ipſos damus Deo, tendentes affectu in ipſum; & damus Deum ipſum Deo, dum de Deo propter ipſum complacemus. Multò autem præſtantius eſt dare, quàm accipere. *Bernard. de conſid. ad Eug. l.5.*

163 Attentionem in meditatione, ac oratione facito conſideratio viuida diuinę præſentiæ. eſt enim efficax ad colligendum animum, & ad reuerentiam excitandam. *Baſil. in Reg. bre. q.* 157. 172. 212.

164 Attentionem in contemplatione conſeruato ſignorum, imaginumve ſacrarum aſpectu. Viſus enim imaginationem; imaginatio motũ mentis ſiſtit abſque violentia, ne ad alia vagetur obie-

obiecta, quàm ad ea, quæ ſigna, imagineſque proponunt. *Exper.*

165 Attentionis in contemplatione modus eſto. Immoderata enim mentis attentio vitales ſpiritus abſumit ſupra modum, vireſque corporis frangit ſupra, quàm par eſt. Abſumptis autem ſpiritibus, corporeque; ipſam contemplationem detrimentum pati neceſſe eſt: quæ dum hanc vitam viuimus, ſpirituum, corporiſque miniſterium requirit. *S. Ignat. p. 4. c. 4. §. 1.*

m S. Ign. p. 4. c. 4. §. 2. *Ariſt.* 7. *Pol.* c. 3. 15.

166 *m* Durationis in contemplatione modus eſto. Interponēda enim eſt contemplatio tum ad vires corporis reficiēdas, quæ ipſa contemplatione atteruntur: tum ad charitatis opera exercenda, quæ requirit à nobis amor in homines, & in ipſum Deum. *S. Greg.* 2. *Paſtor. c.* 5. *Baſil. in Aſcet. c.* 37.

n S. Ign. p. 3. c. 2. §. 4.

167 *n* Cauento, quibus contemplationi vacandū eſt, ne corporis laboribus grauentur nimiū. Solet enim nimio labore corporali ſpiritus obrui. *Baſil. in Aſcet. c.* 38.

o S. Ign. p. 4. c. 4. §. 1. & c. 13. §. 5. *Ariſt.* 7. *Polit.* 15.

168 *o* Quietem interdum animo tribuendam eſſe à contemplationis, curarumque grauium

actione.

actione. Reſumptis enim viribus vegetior animus ad actionem redit. *Baſil. in Aſcet. c.* 37. §. 4.

169 *p* Ad vires defeſsi animi renouandas, corporis exercitatione valere. exercitatione enim corporali ſpiritus vitales elaborantur, ex quibus animales exiſtunt, qui imaginationi deſeruiũt ad cooperandum animo ad contemplandum. *Baſil. in Aſcet. c.* 37.

p *S. Ign. p.* 3. *c.* 2.

170 Curato ne ea quies animi, quę ex amicorum, ac familiarium collocutione ſumitur, admittat quicquam, quod ſit ipſam contemplationem perturbaturũ. Eius generis eſſent ridicula, curioſa, vana, amicitijs contraria. Hæc enim contemplationẽ perturbare ſolent. *Exper.*

171 Curato vt ea quies animi, quæ ex amicorum, ac familiariũ collocutione ſumitur, eos frequenter ſermones habeat, qui & ſuaues ſint ad quietem, & apti ad contemplationem excitandã, augendamque. Eius generis ſunt ſermones de diuinis. Hi enim mirum in modum cõtemplationem excitant. *Exper.*

172 *q* Ab illuſionibus in contemplationis actione cauendum eſſe. Illudi enim ſæpè contingit ani-

q *S. Ign. p.* 3. *c.* 1. §. 10. *De modo ab illuſionibus cauendi vid. Inſtr.* 12. *c.* 2. & *S. Ignat. l. exerc. Ann.* 11. 12. 13. 14. 18. & *in reg. de diſcer. ſpir.*

Digitized by Google

animum, ac decipi, modò curioſitate, ac immoderata cupiditate cognoſcendi; modò de diuinarum illuſtrationum dono ſuperbiendo; modò immoderata attentione vires corporis plus, quàm licet, abſumendo; modò debitas charitatis actiones contemplatiuæ ſuauitatis impedimento prætermittendo. *Ex Exper.*

r *Vid.* Inſtr. 15. *de Horis can. et* S. Ign. *p.* 4. *c.* 4. *lit.* C. *&* *l. exerc. de modis orãdi.*

173 *r* Cum orationibus vocalibus contemplationis actionem aſſociato. Ita fructus orationis vocalis erit & vberior, & iucundior. *Exper.*

*Caput Quintum.*

## De Inquiſitione, Conſultatione, Deliberatione.

a S. Ignat. *in proœ. Conſtit. litt.* A.

174 *a* INquiſitionem eſſe debere agẽdorum pro quoque fine aſſequẽdo. Cum enim nullum finem attingere poſsimus ſine medio; vt omnes experimur: inquirenda ſunt media, quæ ad aſſequendum finem valẽt. Media porrò, agendorum nomen habent. Ex quo intelligimus quàm malè agant ij, qui negligunt inquirere, atque cognoſcere, quæ ad animi ſalutem,

tem,aut ad ſuum munus, aut vocationem ſpectant. *Trid. ſeſs.* 2. & 2.*q.* 1.*c.*12.

175 *b* Perpendendum eſſe quid, quodque agendum valeat ad finem aſſequendum. Ne temerè agamus: ne à fine aberremus. *DD. Morales.*

b *S.Ign.p.*1. *per totum, et l. exerc. in Fundam.*

176 *c* Conſiderandas in quoque agendo circumſtantias eſſe, vt intelligas quid valeat ad finē. Circumſtātias autem Philoſophi ijs verbis comprehendunt: *Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando.* Conſiderandum enim eſt quis illud agendum, de quo deliberas, acturus ſit: quid ſit agendum: quo in loco: quibus inſtrumentis, & adiumentis: ad quem finem: qua actionis ratione, modoque: quo tempore, quandiuque agendum ſit. *De Pœnitent. d.*1.*c.*19.

c *Sum. Eth. d.*1.*q.*5.*pr.*1. & *q.*4.*pr.*7. *S.Th.*2.2.*q.*49.*a.*7. *S.Ignat.p.*2. *c.*3. §.4. & *p.*7.*c.*2.

d *Sum. Eth. d.*1.*q.*4.*pr.*7. *Bellar. in vit. c.*23.

177 *d* Memoriam eſſe reuoluendam præteritorum, cum de grauioribus agendis deliberatur. Valent enim plurimum exempla maiorum & ad inuentionem mediorum, & ad formam ſtatuēdam agendorum. *S.Th.*2.2.*q.*49.*a.*1.

e *Sum. Eth. d.*1 *q.*4.*pr.*7. *Bellar. in uit. c.*31. *S.Ignat.p.*1. *c.*4.§.1. *Ariſt.* 6.*Eth. c.*11.

178 *e* Curato, vt clarè intelligas, menteq; percipias ſingula-

*S. Th.* 2. 2. *q.*49.*a.*2.

E re

re illud, de quo deliberatio eſt. Quid enim conſilij des? quid iudices de eo, quod non vides? *Decc.l.3.tit.10.De his,quę fiunt,etc.*

f *Sum. Eth. d.1.q.4.pr.7.*

179 *f* Cum quid agendum ſit neque ſenſu cognoſci,nec ratione poteſt deprehendi: coniecturam adhibeto. ſolertem, vt aſſequare.Nam etiam coniectura vti prudentis eſt. *Ariſt.6.Eth.c.9. S.Th.2.2.q.49.a.4.*

g *Sum.Eth. d.1.q.4.pr.7.*

180 *g* Curato vt ratiocinatio recta ſit,cum deliberas. Conſultatio enim non eſt ſine ratiocinatione,vt nemo non videt. Cauendum igitur ne ex mala ratiocinatione non verum iudicium enuncies circa agenda. *Ariſt. 6. Eth.c.10. S.Th.ſup.a.5.*

h *Sum. Eth. ſup.*

181 *h* Cautionem adhibeto, ideſt, prouiſionem, ac machinationem aduerſus mala contraria, quæ obſtare bonis conſilijs poſſint. Plerunque enim impediri à malis bona ſolent; & mala bonorum ſpeciem habere. occurrendum igitur cautione.*S.Bonau. de ſex al.Ser.c.7. S.Th.ſup a.8.*

182 Caueto in primis à te ipſo. Inſidiatur enim ſemper actionibus rectis amor ſui.*Ambr. 1.offic.c.47.*

183 Ne eſto cautus nimium.

Multa

Multa enim omittes agere, quæ præclarum haberent euentum. Multorum vtilem operam perdes; à quibus vano timore caues. *S.Bonau.de ſex al.Seraph.c.7.*

184 Ne eſto credulus nimiũ. Accidet enim à multis cauere, cum magno & tui,& communis boni detrimento. accidet & in iudicijs errare ſæpiſsimè. *S.Bon. de ſex al.Seraph.*

185 *i* Quid,quidque ad agendum valeat,inquire experiendo. Multorum enim vtilitas non cognoſcitur, niſi experientia. Ergo experiendo videndum eſt quid proſit corporis caſtigatio ad ſpiritum, quid diuinorum meditatio ad virtutem,quid ſubditi ad regimen, & ad alia agenda, quid conſultationes ad prudentiam;& ita de cæteris. *S.Bon. de ſex al.Ser.*

i S.I*gn. exa. c.4. à §.16. & p. 4. c.8. §.5. et litt D. E.& l.exerc. in 2.RR. de diſcern. ſpir. r.5.6.*

186 Ne reijcito quæ tibi ab alijs ſuggeruntur agenda; quòd tibi non videatur, aut quod ipſe nondum expertus ſis. Nam antequam quicquam prudenter reijcias, tentare prius debes vt experiare quid valeant ad finem. ne, ſi rectè ſe habeant, damnum accidat,quod reieceris. *S.Thom. 2.2.q.49.a.3.ad 2.*



Digitized by Google

k S.Ign.p.4. c.8.litt.D.

187 k Cum primum actiones graues aggrederis, quibus non es aſſuetus, inquire tecum ipſe, poſt quam egeris, an aliquo modo in agẽdo defeceris. vt in poſterum caueas. *S.Bonau.de ſex al.Ser.c.7.*

188 Si quid inquirenti Principi reſpondendum, aut deferendum tibi erit, eſto cautus, vt ſecundum ſinceram veritatem, nõ ſecundum tuum affectum denunncies. ne forte ipſe decipiaris, & Principem fallas, cum alterius iniuria. 3.q.7.c.4.

l S.Ign.exa. c.4.§.3. & p.4.c.8.litt. E. et p.7.c.2. §.1.et l.exer. Ann.17.

189 l Vbi periculum eſt errandi, prudentes eſſe conſulendos. Non enim poteſt vnus omnia videre, & aduertere. Poteſt etiam quiuis à ſua paſsione decipi. *S.Bonau.de ſex al.Ser.c.7.*

m S.Ign.ex. c.4. à §.34. & p.3.c.1. §.12. & lib. exer.Ann 17. & 1.RR.de diſcern.ſpir. r.12.

190 m Vt omnino tuis ſuperioribus ſpiritualibus ſis perſpectus, curato. Ita enim & meliora in te ab illis conſilia proficiſcentur, & melius regimen. *Baſil. in Aſcet.c.26.46.*

n S.Ign.exa. c.4.§.41. & l.exerc.Ann. 20.et hebd.2. per totum.

191 n Antequam nouæ vitæ inſtitutum, aut arduum aliquod, magnique momenti agendum, aggrediare, pijs commentationibus excolito mentem, ac præparato; quas exercitia ſpiritualia vocant: & reuocato animum ab

alijs

alijs curis. Non enim poteſt facilè videre quid agendum ſit mens non intelligens, aut alijs cogitationibus, & curis occupata. *Ex exper.*

192 *o* Inquiſitores, ac examinatores, & in ijs de quibus inquirẽdum eſt, prudentes; & animo ab immoderatis paſsionibus libero eſſe oportere. Ne in deliberationibus error ſit. *Ex Ariſt. 1. Eth.c.3.*

o *S.Ignatius Conſtit. p.* 1. *c.*1.*S.*3.4.

193 *p* Ad omnem deliberationem animo accedito indifferenti; in neutram partem inclinante; promptoq; ad volendum, agendumque id, quod eſt optimum, & ſecundum voluntatem ſummi Principis Dei. Talia enim ſolent eſſe conſilia, qualis animo quiſque eſt. *Ex Ariſt.* 1.*Eth.c.*3.

p *S.Ignat. l. exerc. Annot.* 5. 15. *& in exercit. Fundam.*

194 *q* Curato, cum deliberas, vt ſi animus ad minus rectum propẽdeat, inclines illum in partem oppoſitam. Hac arte videbis quid agendum ſecundum rectam rationem ſit. *DD.Mor.*

q *S.Ignat. l. exer. Ann.*16.

195 Nihil eſſe deſolationis, ſeu perturbationis tempore deliberandum, aut innouandum circa propoſitum animi, aut vitæ ſtatum: ſed in ijs perſeuerãdum, quæ fuerint rationabiliter con-

ſtituta. Non enim rectè videt animus perturbatus. *S.Ign.l.exer. in Regg.pri.de diſcer.ſpir. r.5.*

r *Clau.Aqu. Induſtr.c.*1. *§*.4.

196 *r* Rector es aliorum? Curato vt qui vitio aliquo laborat, vitium agnoſcat; & inquirat remedia. Ne morbi ignorantia interitus cauſa ſit. *Baſil. Reg.breu. reſp.*28.

s *Claud.Aq. Induſt.c.*13.

197 *s* Ab inquiſitione caueto, cum non oportet. Multos enim perdidit ea inquiſitio.qualem ſuggerere aut curioſitas ſolet, vt in obiectis Chriſtianæ Fidei; aut carnis prudentia, vt in præceptis maiorum. Cordis ſimplicitas magnifaciẽda. Noli plus ſapere, quàm opus ſit. *Caſsianus collat.*18.*c.*3.

t *S.Ign.p.*3. *c.*1.*§.*11. & *p.*4.*c.*4.*§*.3. *Modũ exa. vid. apud S. Ign.l.exer.*

u *Bellarm.in vita c.*35. *S. Car. Borr. vit.l.*8.*c.*5. *S.Baſil.Aſcet. c.*6. *S.Bern.de cõſid. ad Eug. l.*2.3.4.

198 *t* Statuere ſibi quemque debere tempus aliquod diebus ſingulis; vt nocte paullo ante cubitum: in quo & videat quomodo quidque egerit eo die, quid agendũ omiſerit;& inquirat quę in poſterum ſibi ſint agenda, & quo modo. Difficilè enim erit rectè te agere, niſi iſtud egeris. Valet autem ad hoc rectè agendum legere catalogum agendorum. *Vid.S.Bern.de conſiderat.ad Eugen.l.*2.3 4.

199 *u* Statuere ſibi quemque

debere

debere dies aliquot ſingulis annis. quo tempore à reliquis curis ſolutus in eam curam incumbat, vt quę ſibi in tota vita agenda ſint inquirat, & examinet quã rectè ſe geſſerit, & quid omiſerit ex agendis ad vitam, munuſque attinentibus, & errores corrigat. In quod enim negotium, quàm in iſtud incumbendũ impenſius? Agendorum exercitatio eſt tota vita noſtra. Valet autem ad hoc diligenter agendum percurrere catalogum agendorum. *Trident. ſeſſ.25. de Regular. c.15.*

200 *x* Statuere ſibi debere quemque Principem, Rectoréq; aliorum ſingulis diebus, à cæteris occupationibus otium, ſaltẽ vnius horæ: in quo in illud negotium incumbat, vt inquirat qua ratione ſibi prouidẽdum ſit muneribus, negotijſque ſuæ curæ commiſsis. Habeat autem catalogum & locorum, & negotiorum, & perſonarum, *z* & legum ad hæc tria, & ad ſuum munus pertinentium. & ſecundum eius catalogi ordinem inſpiciat quid ſibi agendum ſit. Satisfacere ſuo regimini non poterit, qui hanc curam neglexerit. *Trid. ſeſſ.25. de Refor.c.1.*

*x Lege Bern. de conſid. ad Eug. l. 2. 3. 4.*

*z Congreg. 6. Societ.* Ieſu*, Decr.36. n.1.*

201 Communis omnibus ad inquirendum agendorũ modum catalogus eſto is, qui ſumitur ex generibus agendorum. Sunt autem agendornm genera, Cognitio diuinorum , & agendorum, voluntas eorum, intentio recta finis, contemplatio, deliberatio, electio,imperium,vſus,amicitia, iuſtitia, fortitudo , temperantia. De quibus agendis , deq; eorum praxi agitur in hac diſtinctione . quare etiam huius diſtinctionis definitiones catalogus eſſe poterunt ad inquirendum agendorum modum. *ſup.Diſt.7.n.6.7.8.*

202 Communis omnibus ad inquirendum agẽdorum modum catalogus eſto is, qui habetur in duabus tabulis legis diuinæ.Sunt enim decem diuina præcepta, ſumma genera omnium agendorum . *Inſtr.9.c.5.per totum.*

203 *a* Catalogum agendorum vitæ , munerique tuo proprium colligito è Codicibus ſacrorum Canonum ; & Conciliorum , & Iuris ciuilis.& Conſtitutionibus Principum, & Patrum decretis , & vitis , libriſque ſapientum. Hunc tibi proponito ad inquirendum agenda , & agendorum modum. *S.Ignat.p.4.c.8.litt.D.*

a *Vide Diarium S. Car. in fin.vitæ. Ita nos collegimus catalogum Definitionum, quas in hoc opuſc. coniecimus.*

204 *b* Eſto Catalogus, qui Examen dici poterit,è Maiorum legibus, ſtatutiſque collectus,ad inquirendum ante electionẽ ſiue Rectorum ad regimen,ſiue Clericorum ad ordines, *c* ſiue nouitiorum ad vitam cænobiticam. Nam ſine eo difficile eſt non contingere in electione errorem aliquem. *Vſus communis*.

205 *d* Principum, Rectorũq; curam eſſe debere Inquiſitionẽ in ſcelera. Ad Principes enim, Rectoreſq; attinet politicorum morum honeſtas,vt conſeruetur. Ipſi capitis habẽt munus in Republica:cuius eſt corporis membra à malis tueri. *Trid.ſeſſ.6. de Refor.cc.3.4.et ſeſſ.7.c.7.et ſeſſ.14. c.4. Pius* IV. *in Bull. Romanum Pontificem,&c.& 2.q.7.c.46.Decc. l.31.c.1.& c.Olim 26. de accuſat. c. Excommunicamus §. Adijcimus De Hæreticis, & Clem.l.5. de Hæreticis.*

206 *e* Eſſe politicorum morum inſpectores à Principibus conſtituendos, viros ſagaces,vita integros, puros affectu, communis boni amantes. Non enim poteſt ſolus Princeps cuiuſque vitam inſpicere: vt prouideat. *Trid.ſeſſ.23.de Reformat.c.18.&*

b *S.Ign.Loy. in ex. per totum. Claud. Aqu.* in *Form. informat.*

c S. *Ignatius Conſt.par.*1. *c.*1. §.5.*& litt.D. et c.*4. *litt.D.*

d S.*Car.Bor. l.*8.*c.*1. *De ratione inquirendi in hæreſes vide Decc. l.*6. *tit. de Haret.*

e S.*Car.Bor. vit.l* 8.*c.*1. S. *Ignat. ex. c.*4. *à §.* 18. *& p.* 3.*c.*1. §.16.*& p.*4. *c.*6.§.15.*& c.*10.§.7.*& c.*17.§.7.



Digitized by Google

*ſeſſ.25. de Regular.c.8. Clem Pap. d.93.c.6.& c.Sicut olim De accuſat.*

f S.*Car.Bor. vit.l.8.c.1.* C*ongreg.6. Societ. Ieſu, Decr.36.n.*7.

207 *f* Eſſe à Principibus inſpectores, quos ipſi cōſtituerint, & alios etiam identidem aduocandos; ad interrogãdum ecquid in ſuo populo contingat mali. Difficilè enim quis audet mala Principibus ſuggerere, niſi ab ipſis interrogatus. *c. Sicut olim De accuſation.*

g *S.Baſil. in Aſcet.c.49. S.Ignat.p.4. c.10.§.7.& c.17.§.1.& p.9.c.4.§.4. & c.6.§.10.*

208 *g* Non debere Principem vllum, Rectoremque ſine conſiliarijs eſſe. Communi enim curæ, ac prouidētiæ non videtur vnius hominis mens poſſe, vt par eſt, ſatisfacere. *Trid.ſeſſ.25.de Refor. c.6.et 16.q.7.c.vlt. Decc.l.3.tit.10. De his quæ fiunt,&c.*

h *S.Carolus Borr.vit.l.8. c.10. S. Baſilius in Aſcet.c.54. S.Ignat.p.2. c.3.§.3.& p.4.c.2.§.2. 3.& litt. A. & c.17.§.5. 6.et p.7.c.2. §.1.& p.8. c.2.& p.9. c.6.§.10.& litt.F. Ariſt.3.Pol. c.11.*

209 *h* Conuocandos eſſe identidem à Principibus conſiliarios ad inquirēdum, ac decernendum de politicis agendis. Valet enim ea conſultatio & ad lumen recipiendum ad regimen; & ad maiorem auctoritatem decretorum. *Trid.ſeſſ.23.de Refor. c.18.& ſeſſ.24.c.2.& ſeſſ.25.de Regular.c.8 & de Refor.c.6.Innoc. Pap.d.20.c.3.Decc.l.3.t.10.De his, quæ fiunt,&c.& tit.11.& tit.35. c.7.& l.5.tit.1.c.25.*

210 Quæ minoris momenti

fue-

ſuerint; non eſſe in conſultationem referenda. Non eſt enim conſultatio neceſſaria. & conſiliariorum auctoritati conſulendum eſt. S. *Ignat.p.*8.*c.*2.

211 *i* Cauendum eſſe, ne conſiliarij, qui aduocantur, aut non intelligentes ſint in eo, de quo eſt deliberandum; aut vitio aliquo animi, perturbationeve laborent. Non enim vident quid agendum ſit, ſi ignorant. vident autem aliud, quàm quod agi debet, ſi mali ſint. Nam qualis quiſque eſt, talis ei videtur finis, ideſt, agendum: vt auarus auara cõſulet, quia bonum ei videtur, ad quod eius cupiditas propendet. Melius eſt ergo ſua ſolius conſultatione contentum eſſe, quàm ignorãtibus, aut malè affectis conſiliarijs vti. *Trid. ſeſs.* 2. *& c. In ſingulis regnis De ſtatu monach.*

i S.*Ign. p.*8. *c.*3. *Vide Ambr.* 2.*offic.q.*10. 11. 12. 13. 14.17.18. *Ariſt.*3.*Pol. c.*7.

212 Sæculares Principes eccleſiaſticorum Principum, Sacerdotumq; cõſilio reguntor. Nam eccleſiaſtici Principes, quatenus Sacerdotes, Rectoreſque animarum, ſæcularium Principum Rectores ſunt. S.*Thom.l.*1.*de regim. Princ.c.*14.15.

213 k Eſſe in cõſultationibus

k *Sum. Eth. d.*1.*q.*5.

ad ſingularia deſcendendum, & ad executionis modum practicè practicum. Actiones enim circa ſingularia verſantur, ideſt circa determinatum opus, materiam, tempus, agens, finem, modum. *Ariſt.3.Eth.c.1.*

214 Cum de grauioribus negotijs deliberandum eſt, ad conſultandum ne accedito imparatus. Scire enim oportet prius de qua re ſit conſultandum, vt rationes præmediteris, quæ in vtramque partem afferri poſsũt. Societ. Ieſu *Reg.5.Conſult.*

215 *l* Conuocãdos eſſe à Principibus, Rectoribuſq; ſtatis temporibus conſiliarios, ac alios prudentes viros, & aptos regimini: vt inquirant an leges obſeruentur, & quæ ſint ad obſeruationẽ remedia. Nam ea diligentia & leges conſeruantur, & legum cognitio inſeritur in ipſis Principibus, ac primatibus; ijdemq; inſtituuntur ad rectè regendum. Id ſi à ſummis Principibus cum ſummis cõſiliarijs; ab Epiſcopis in Diœceſibus; à Proregibus, minoribuſque Magiſtratibus in Prouincijs, in vrbibus; à Religioſorum Rectoribus in Cænobijs; à Præſectis Congregationum, &

l *Baſilius in Aſcet.c.54.* Congreg. 6. Societat. *Ieſu Decret.* 36. *n.2.3.5.6.7.* Claud. *Aqu. de Super. inſtruct.c.1.*

Aca-

Academiarum, in ſuo cætu, in vſum non inducatur; recta cuiuſuis Reipublicę, Cógregationiſq; inſtitutio, corruat neceſſe eſt. *Ex Bull. Pauli* III. *&* *Iul.* III. *De congregand. Conc. Trident. & Trid. ſeſſ.* 18 *& ſeſſ.* 25. *Decr. vlt. & Diſt.* 18. *per totum. & c. Sicut olim De accuſat. Carthag.* III. *cap.* 2.

216 *m* In conſiliariorum conuentu, qui pro legum obſeruatione cogatur, agendi, inquirendique ratio ea vt plurimum eſto; Vnus, è codice legum, ſiue Canonum, ſiue è Conſtitutionibus, ſtatutis, regulis tum communibus, tum officiorum proprijs, recitet voce elata, clara, diſtincta, legem vnam, ſiue canonem, ſiue conſtitutionem, ſiue ſtatutum, ſiue regulam: tum Rector interroget vnum, plures, omnes, qui conuenere, vt libuerit; ecquid contra legem illam peccetur: ſi qua omiſsio, peccatumve aliud deprehenſum fuerit; inquirat ab eiſdem Conſultoribus remedia. Is enim videtur facilis, ac vtilis modus & ad inſtituendum multos in modo regiminis, & ad legum obſeruantiam conſeruandam. *c. Sicut olim De accuſationibus.*

m *Ex Congreg.* 6. *Soc. Ieſu ſup. Claud. Aqu. Inſtr.* 4. *§.* 3.

*Pro ſcrupulis curandis.*

217 Inquiſitio diligentiam moralem habeto: ne eſto minuta nimium, aut ſcrupuloſa, & anxia. Deus enim non exigit à nobis maiorem diligẽtiam, quàm moralem: ſiue noſtra peccata ſcrutemur; ſiue defectus aliorum, cũ tenemur ex officio; ſiue media ad occurrendum malis, aut ad bonum aliquod inducendum, vel conſeruandum. *n* Præterea nõ tenemur eo modo agere, qui ſuſpicionem habeat falſitatis: anxietas autem, & animi perturbatio falſitatem latere indicat in ea cogitatione, quæ animum perturbat. non enim eſt obiectum noſtræ mentis falſitas, vt in ea mens conquieſcat. Præterea non tenemur eo modo agere, qui per ſe graue damnum inducat corpori, aut inſaniam menti. Modus enim noſter agendi, etiam in animi ſalute procuranda, non debet eſſe contrarius præceptis diuinis. Naturale autem, ac diuinum pręceptum eſt de vita conſeruanda: quod ſuperius eſt omni præcepto poſitiuo, etiã diuino. Curæ autem nimis anxiæ, ac ſcrupuloſæ ſolent & grauia damna in corpus inducere, quatenus ſpiritus nimium abſumunt; & inſa-

n *Ex l. exer.* S. I*gnat. in Reg. de diſcer. ſpir.*

niam

niã in mentem, quatenus quæque cogitatio anxia obiecti ſpeciem in animo relinquit; multiplicatis autem nimium eiuſdem obiecti ſpeciebus, fit imaginatio, ac proinde intellectus, impotẽs ad alia cogitanda; quod eſt vſum perfectum rationis amittere. S.*Bon. de ſex al.Seraph.c.*7.

218 Videri melius, cum neceſsitas non cogit, inquiſitiones inter regulares fieri de plano, & abſque ſtrepitu iudiciorum. Ne inter eos, quorum vita eſt cænobitica, radices figãtur odiorum, ac diſcordiarum. vtque facilior, ſuauiorque ſit vſus correctionis. *c: Olim De accuſationibu.* . *&* *Gregorius* XIV. *in Conſt. Eccleſiæ Catholicæ*.

219 *o* Amicos habeto, & admonitores fideles: à quibus identidem inquiras an rectè agas: ab ijſque petas, vt fidenter tibi ſuggerãt quicquid circa tuas actiones occurrerit, de quo te moneri oporteat. Ni enim ita egeris, in multis te errare oportebit. Notaberis etiam à multis fruſtra, te ignorante. *Diſt.*38.*c.*16. *& d.*84. *c.*1.

o S.*Ign.p.*3. *c.*1.§.12.*p.*8. *c.*1.*lit.D. &* *p.*9.*c.*4.§.4. S.*Bon.de ſex al.*Ser *c.*7.

220 *p* Inquirito identidem à maioribus tuis, & à viris pruden-

p S.*Ign.p.*3. *c.*1.§.11.12. *& litt.Q. &* *l. exercit. in RR.* 1. *diſc. ſpir.r.*13. *Vide* S. *Bon. de ſex al.Ser.* *c.*1.

dentibus, quid tibi agendum ſit, qui modus tenendus in agendis, an rectè agas. vtque melius dirigaris, conſcientiam illis tuam aperire ne erubeſcito. Is enim eſt mos à Spiritu ſancto inductus in Eccleſiam; vt homines ab hominibus inſtruantur, ac dirigantur. Quò ergo magis quis hanc inquirendi viam inierit, eò proficiet magis in agendis, eoque minus errori erit obnoxius: & experientia ſemper docuit non eſſe propriæ prudentię fidēdum. *Diſt.38.c.16. & 2.q.7.c.40.41.*

q S.Ign.p.8. c.2.3.4.5.7.

221 *q* Cogendas eſſe à Regularibus congregationes ad inſpiciendum an aliquid detrimēti regularis obſeruantia patiatur; & ad agendorum Regularibus congruentium leges condendas; & ad clariorem totius Religionis informationem tradendam Præpoſitis ſummis. Ea enim ratio ſemper fuit conſeruandę, augendæque obſeruantiæ regularis. *Trid.ſeſſ.25.de Regular.c.8. et c.In ſingulis regnis De ſtatu monach. & c.Sicut olim De accuſationibus.*

*r S.Car.Bor. in vita l.8. c.6.*

222 *r* Inſtituendas eſſe congregationes, atque ad conſultationem cogendas pro cuiuſque præſtātioris operis executione.

Eſt

Eſt enim id medium efficax maximè ad cuiuſque boni operis conſeruationem, & incrementũ. *Soc.*Ieſ.*Congreg.6. Decr.36.*

223 *s* Congregandas eſſe in Eccleſia Synodos ad inquirẽdum de Religione, pietateque Chriſtiana; & ad quæſtiones, quæ cõtigerint, definiendas de credendis, & agendis. Is enim eſt ex primis modis, quibus ſe tuetur Eccleſia. *Trid. ſeſs.*2.*&* 3.*&* 18. *Pius* IV. *in Bull.celebr. Conc.Trid. & Trident.ſeſs.*24.*de Refor.c.*2.*& ſeſs.*25. *de* I*nuocat.Sanct.in fin. & Decr.vlt.PP.d.*18.*per totum.*Innoc. *Pap.d.*20.*c.*3.*& Can.Apoſt.*36.*& c. Sicut olim De accuſat. Hoſmida Pap.in ſuis Decr. Concil.Later.ſub* I*nnoc.*III. *c.6.*

*s S.Carol. in vita l.*8.*c.*1. *Conc. Aurelian.V. c.*12. *Toletan.*IV. *c.*3. *Syn.ſub Zacharia Papa can.*1.

224 *t* Quæſtiones de credendis, & agẽdis, eſſe ad Romanum Pontificem Chriſti Vicarium referendas, nec ſine eius auctoritate, neque in Generalibus Cõcilijs, definiendas. Ille enim in Eccleſia capitis rationem habet, in quo omnia membra vniuntur, & à quo influxum recipiunt ad vitam, & motum. Ideo Chriſtus Dominus eius auctoritatem eſſe voluit infallibilem. *Trid.ſeſs.*25. *de* I*nuoc.Sanct. in fin. & Decr.vlt.*

*t* I*uſtinian.* I*mp.l.*4. *C. de ſum. Tri. et Fid.Cath. Marçell.Papa in ep. Decret. Gelaſ.Pap.in ſuis Decr. Vigil.Pap.in epiſt.ad Euther. c.*7. *Patres alij apud Bellar. de Rom.Põt. l.*1.*à c.*10.*et l.*2.*c.*13.*& ſeqq.*

*Pius*

*Pius* IV. *in Bull. confir. Conc. Trid. & Bull. Sicut ad ſacrorum. PP. diſt.* 17. & 20. *per totum.* & 3. *q.* 6. *c.* 9. & 24. *q.* 1. *c. Damnamus De ſum. Trin. & Fid. Cath. in fi. & c. Significaſti De elect. & c. Cum ex illo* 1. *De tranſlat. Epiſc. & c.* In *ſingulis regnis De ſtatu mon. et* Ioannes *Pap. l.* 4. C. *de ſum. Trin. & Fide* C*ath. Anacl. Papa ep.* 1. *Marcellus Papa* 2. *q.* 6. *Dam. Pap. in epiſt. ad* Steph. *Archiep. Pelag.* II. *in ep. decret. d.* 17. *Multi denuo.* C*oncil. Florent.*

u S. I*gn. p.* 4. *c.* 17. *S.* 5. 6.

225 *u* Cogendos interdum eſſe iuſſu Rectorum Doctores primarios, ac ſapiētes, ad inquirendum, decernēdumq; de agendis pro doctrinarum, litterarũq; conſeruatione, ac incremento. Multũ enim Reipublicæ intereſt rectè ne, an malè ſe habeant ſtudia litterarum. S*upra c.* 1. & *Trid. ſeſſ.* 23. *de Refor. c.* 18.

226 Cogendos interdum eſſe iuſſu Principum opifices primarios, architectoſque ſapientes, ad inquirendum, decernēdumq; de agendis in qualibet arte.

x *Theod.* & *Valēt.* I*mpp. l.* 1. *C. de excuſat. artific. lib.* 10.

*x* Ad commodum enim Reipublicæ multum refert, eſſe artium opifices ſatis inſtructos, peritoſque. *Ex deff. præced.*

227 Cogendos interdum eſſe

iuſſu

iuſſu Principum Duces primarios, ac milites veteranos, ad inquirendum, decernẽdumque de re bellica, non ſolum belli tempore, ſed etiam pacis. *y* Multum enim intereſt Reipublicæ, paratos habere plurimos, ac rectè inſtructos ad bellum gerendum. *Ex deff. præced.*

*y Iuſtinian. Imp. in Authent. vt neque mil. ne fœder. &c. coll. 8. in princ.*

228 Conſiliariorum eſto ſtudium, vt quiſque aliorum auctoritatem apud alios tueatur; vt ne animi auerſionem habeat ab ijs, qui contra ſentire contigerit; *z* vt, ſi aliorum in conſultatione ſententiam refellere contigerit, modeſtè id faciat; vt aliorũ conſiliariorum amantem ſe preferat; vt ſecreti ſigillum cuſtodiat, cũ oportet apud alios tacere, de ijs, quæ in conſultatione tractata ſunt. Nam conſiliarij munus hæc poſtulat. *Trid. ſeſſ.* 2.

*z Bellar. in vita c.* 31. *Societ. Ieſu in Regg. Conſult.*

229 Curandum eſſe in omni conſiliariorum conſeſſu, vt ſit in omnibus modeſtia. Eam enim exigit & perſonarum grauitas, & negotium conſultandi, ac iudicandi. *Tolet.* II. 5.*q.*4.*c.*3.

230 Eſſe cuique curam debere in communi ad conſultandum conuentu; vt conſenſio ſit animorum. Stant enim conſilia magis,

gis, quò maior concordia. *Can. Apoſt.*33.

a *S.Ign.p.*8. *c.*7.*litt.A.*

231 *a* In communi ad conſultandum conſeſſu eſſe eum ordinem in ſedendo, ſententiaque dicenda, debere, quem cuiuſque cõgregationis leges præſcribũt. Ne aut animorum, aut ſententiarũ accidat perturbatio. *Trid. ſeſs.*2.

232 Habeto de agendis ad tuum ſtatũ pertinentibus libros: eos & ad inſtructionem tuam legito, & ad conſultationem. Ita enim ſupplebitur, quod tuæ prudentiæ deerit ob inexperiẽtiam. *Diſt.*38.

233 Caueto à libris, qui ita de agendis agunt, vt auertant ab vltimo fine. Fieri enim nullo modo poteſt, vt veram prudentiam ex illis accipias. Nã vera, rectaq; media non ſunt, quæ non tendũt ad vltimum finem, ideſt, ad ſummũ bonum, qui Deus eſt: à quo eſt omnis bonitas mediorum. *Supra c.* 1.

234 Legito libros auctorum prudentiorum, vt ipſe prudẽtior fias. Prudentiores autem, ac ſapientiores ſunt Scriptores ſacri, & ſancti, ſcriptoribus prophanis, & impijs. Nam non poteſt

eſſe

eſſe verá prudentia in ijs, qui verum finem aut ignorant, aut non intendunt. Sancti autem plus & vident, & docent. *Supra c. 1.*

235 *b* Ne adhibeto iuuenes ad deliberandum. *c* Sunt enim inepti, tum ob inexperientiam, tum ob animi paſsiones nōdum perfectè compoſitas. *Trid. ſeſs. 23. de Reform. c. 18.*

236 *d* Ad cuiuſuis monita, conſiliaque audienda facilem te præbeto. Alioquin nullū neque monitorem, neque conſultorem habebis: teque ipſum multa in agendis cognitione fraudabis. *Diſt. 38. c. 16. Diſt. 84. c. 1. et d. 100. c. 7. & 2. q. 7. c. 40. 41.*

237 *e* Ne te difficilem exhibeto in mutando conſilio, aut in exequendis ijs, quæ tibi ab alijs ſuggeruntur; cum ſunt meliora. Ne tibi, alijsve tua pertinacia cedat in malum. *Diſt. 100. c. 7.*

238 *f* Ne omittito officij ſui monere, vt oportet, eum, cuius ex officio monitor fueris. Ne alienorum peccatorum, damnive publici reus ſis. *Greg. 10. Mor. c. 4.*

239 Ne quæcunque in mentem venerint admoneto; ſed quę momentum aliquod habuerint, vt

b *Vlpia. l. 8. ff. de muner. & hon. in fi. & l. 1. ff. de mino. 25. annorū. vbi alij per totū tit.*

c *Ariſtot. 1. Eth. c. 3.*

d *Bellarm. Card. vita c. 19. S. Ignat. p. 8. c. 1. litt. D. §. Si qua. & p. 10. §. 6.*

e *S. Ignat. p. 10. §. 6.*

f *S. Ign. p. 8. c. 1. litt. D. §. Quamuis, & §. Debet. & p. 9. c. 4. §. 4.*

vt moleſtus non ſis, vtque maiorem habeant auctoritatem quæ rectè monueris. *S.Ignat.p.9.c.4.* §.4.

240 Ne moneto vllum, qui iratus in te ſit: niſi iuſtitiæ debitum, aut charitatis præceptum cogat. Non enim audieris. *Exper.*

241 Ne moneto vllum, cum iratus in eum fueris. Mirum enim quantum decipiat ira ſub ſpecie honeſti, iuſtique. Et monita, quæ ab irato accipiuntur, nunquam grata eſſe poſſunt. quia non amamus, quod malum nobis apparet, ſed quod bonum nobis. Species autem vindictæ, quam præfert ira, apparet malum nobis. *Exper.*

242 Eſſe in monendo temporis opportunitatem captandam, & obſeruandam. Erit enim ingratum quicquid ſuggeſſeris, cũ aut animus eſt perturbatus; aut alijs curis occupatus; aut feſſus. *Eccli.* 22.8.

*g Bellar.in vita c.26.*

243 *g* Caueto ne quam animi perturbationem ſequaris in conſilio dando. Difficilè enim inſpicere veritatẽ poteſt animus perturbatus. 3.*q*.7.*c*.4.

244 Ne quod agendum Principi proponito, quin ſimul agẽdi

di rationem proponas, & facilitatem, & commoda. Ne non audiaris, ac proponas fruſtra. *Ex Exper.*

245 *h* Rectam, ſynceramque intentionem excitato voluntate, antequam deliberes, aut conſilium des. Talia enim ſunt media, quę mens ſuggerit; qualis intenditur finis à voluntate. *Ex Ariſt.3.Politic.c.7.*

h *Supra def.* 211.

246 *i* Caueto ne cui ſuggeras conſilium peruerſum. Turpiſsimum enim ſcelus hoc eſt. *De Pœnit.d.* 1.*c.*23.27.

i *Vlpia.l.16. §.de dolo ff. de dol.mal.*

247 k Caueto ne cui conſilium ſuggeras contra, quam ſentis. Turpiſsimum enim mendacium hoc eſt. *Greg.d.46.c.2.*

k *S.Ign.p.8. c.6.litt.A.*

248 *l* In correctione fraterna charitatis pręcepta conſulito. Docent enim illa monendi obligationem, ordinem, modumq;. *S.Th.2.2.q.33.*

l *Vid.* 1.*Par. Introd. diſt.* 9.*n.*49. & *à pr.* 1629. & *pr.* 2103.

249 *m* Conſilia de ſingularibus ſunto. Sunt enim conſultationes, & conſilia de ijs, quæ agē da ſunt. Omnia autem agenda, ſingularia, determinataque ſunt. Ne ergo tibi, vel alijs conſiliaq; ſuggeras de agendis in communi, vt tibi eſſe cibo temperatè vtendum: ſed deſcendendum eſt

m *Sum.Eth. d.*1.*q.*5.

ad

Digitized by Google

adparticularia, Tibi hoc tempore, in hoc loco degenti, tali, tantoque cibo vtendum. *Ariſt.* 3.*Eth.c.*1.

250 Conſilia, reſponſaque, cùm tibi cum ijs agendum eſt, qui animo timido, & ſcrupulis perturbato ſunt; ſunto certa, & animoſa: nullam, neque ſpeciem perturbationis habento. Contraria enim contrarijs curantur. *Claud. Aqu.in l.Induſtr.*

251 Ne cuiuis tuæ cogitationi, aut alterius monito, cõſilioq; fidem ſtatim habeto: niſi prius rationis, auctoritatisve momentum perpenderis. Non enim eſt temerè credendum, & iudicandum: ne deinde pœniteat credidiſſe, ac iudicaſſe. *Par.*1.*Diſt.*10. *n.*47.

n *Baſilius in Aſcet.c.*46. S. I*gnat. ex. c.*4.§.8.

252 *n* Aliorum crimina detegito, cum oportet. Ne tacendo alieni criminis reus fias. 5.*q.*5.

253 Præpoſitorum œconomias inquirendas curioſè non eſſe. Cedit enim in tuum, & in aliorum damnum ea inquiſitio. *Baſil.in Aſcet.c.*48.

Caput

Caput Sextum.

## a De Iudicio.

254 REctum de agendis iudicium poſcendum precibus à Deo. Eſt enim errori obnoxium iudicium noſtrum. *S. Ignat. p.7. c.2.§.1. & p.8.c.7.§.1.2.*

255 Ad iudicandum, ac definiendū in Conſultationibus motiuum eſto, non multitudinem conſiliariorum, ſed rationis, aut auctoritatis momentum. Hoc enim eſt agere ſecūdum rectam rationem. *Ius Canon. ſæpè.*

256 *b* Videri melius eſſe in conſultationibus, Principem auditis omnibus, quàm multitudinem, de politicis agendis decernere, ac iudicare: niſi cum de eligendo capite conſultatur. Princeps enim, cuius eſt regimen communis boni, melius videre poteſt, quàm quilibet alius, quid bono communi conueniat. & ea decernendi ratione multis malis occurritur, quæ Reſpublicas, cōuentuſque peſſumdare ſolent; dum quiſque ſtudet plurimos ad ſuas partes trahere, vt in con-

*a Alia de Iudicijs lege in Decretal. & Clement. & Extr. eiſdem tit. & Reg. Iuris Cæſarij Decc. l.6. in fin. De Iudicijs, quæ fiunt de plano vide Clemēt. ſæpè De uerb ſign. Alia iudiciorum precepta vide Par. 1. d. 11. à nu. 146. ad nu. 158. & pr. 1804. & à pr. 1819. ad 1827. & à pr. 1866. ad pr. 1893.*

b *S.Ign. p 9. c.6.*

uentu vincat cum decernendum ſuerit. ita aditus patet & ambitioni, & contentionibus, & diſſidijs, & ſeditionibus, & odijs. quæ non accidunt, cum ab vnius iudicio, decretoque regimen pendet. Cum autem de eligendo ſummo capite agendum eſt, neceſſarium eſt ipſa membra deciſiuam vocem in eius electionem habere; quia caput non eſt. *Pompon. in l. 2. §. Nouiſſimè ff. de orig. iur. Vlpian. l. 1. ff. de Conſtit. Princip. Iuſtin. Imp. l. 2. §. Sed quia diuinæ C. de vet. iur. enucl. Gregorius* XIV. *in Conſtit. Eccleſiæ Catholicæ.*

257 Cum perturbatus eſt animus, ne decernito quicquam. Non enim videre clarè poteſt quid agendum ſit animus perturbatus. *3. q. 7. c. 4. & 11. q. 3. à c. 67.*

c S. Ign. *p. 1. c. 4. §. 3. & litt.* C.

258 *c* Ne decernito, cum res eſt dubia; niſi ſentẽtijs pro vtraque parte relatis, collatiſque. Id enim omnino conandum eſt, ne error contingat. *Diſt. 86. c. 23. & 2. q. 1. can. 7. 12. et 11. q. 3. c. 74. & ſeqq.*

d *Sum. Eth. diſp. 1. q. 4. prop. 1. verb. Syneſis.*

259 *d* Ad iudicandum, decernẽdumq; regula leges ſunto, primum diuinæ, tum humanæ. Iudicandum enim, ac decernendum

dum

dum eſt ſecundum rectam ratio-
nem. rectæ autem rationis regu-
læ ſunt leges diuinæ, & humanę.
*Trid. ſeſs. 25. de Reſor. c. 6. & 2. q. 1. c. 7. & 3. q. 7. c 4.*

260 Ad iudicandum, decernendumque regula, cum lex alia deficit, eſto ratio ipſa. Eſt enim hominis ratio, quædam diuinæ legis participatio. *Sum. Eth. d. 1. q. 4. prop. 1.*

261 Caueto ne non iuſtè iudices quemquam. Non enim eris ſine pœna. *11. q. 3. à c. 57. & c. 82. & 23. q. 4. à c. 33.*

262 Caueto ab inanibus ſuſpicionibus; quas vmbras vocãt. Peruerſum enim iudicium pariũt ſuſpiciones inanes. vt, ſi quem ſuſpiceris odio in te ferri, cum neſcias; aut inſidias moliri. *2. q. 1. c. 12. 20.*

263 e Caueto ab inuidiæ vitio. In peruerſum enim iudiciũ, ac ſententiam pertrahit inuidia. Continget inutilem quampiam alicuius operã te iudicare, cum tamen valdè vtilis ea ſit. quoniam nolles bonum illud in alterius cõmodum cedere. *3. q. 7. c. 4.*

e *Caſſian. collat. 18. c. vlt.*

264 Caueto à timore, amoreque vano; quos humanos reſpectus vocant. Ex ijs enim per-

uerſa iudicia ſolent oriri. Sola ſit iudiciorum regula offenſæ diuinæ timor; ſolus amor iuſtitiæ. 3.q.7.c.4.

f Vide infra c.13.de Liberalitate.

265 f Caueto à muneribus. Corrumpere enim ſolent munera iudicium rectum. Trid.ſeſs.24. de Refor.c.3.6.18.

266 Ab animi perturbatione caueto, cum tibi iudicãdum eſt, præſertim ab amoꝛe, ab odio, ab ira, à cupiditate. Difficilè enim eſt rectè iudicare, cum perturbatus eſt animus. *Trident.ſeſs.2. & 3.q.7.c.4. & 11.q.3.c.68. & ſeqq.*

267 Iudicia, definitioneſque cauſarum in longũ ne trahuntor. vt lites terminentur, vt impenſarum ſit modus, vt inimicitiarũ fiat finis. *Trid.ſeſs.24.de Reform. c.20. et ſeſs.25.de Refor.c.6.10.14. & c.Suſpicionis cauſa 39 de offic.& pot.Iudic.deleg. vide Decc.l.2.tit.8. De dilat. & c.Iurgantium De ſent. & re iudic & clement.Vt calumnijs De ſent. & re iud. & c.Sicut appellationem De appell.*

g Baſil. in Reg. breu. q.164.273.

268 g Caueto ne temere cuiuſpiam vitam, factaq; diiudices. Niſi enim legitimè nobis commiſſæ ſint, relinquendæ ſunt omnium cauſæ Iudici omniũ Deo. 2.q.1.et 11.q.3.à c.44.et c.75.et ſeqq.

269 Caueto ne Rectoris tui præcepta, factaque diiudices. Subditorum enim parere ſolum eſt, Rectorum iudicare. *Nicolaus Pap.d.21.c.5.6.& d.28.c.17.*

270 Curato vt in te ipſe corrigas prius, quæ tibi ſunt in alijs iudicanda, condemnandaque. Turpe enim eſt criminoſum iudicia proferre. 3.q.7.

271 *b* Non eſſe proprium iudicium Maiorum decretis præponendum. Prudentis enim non eſt ſuæ niti, ac fidere prudentiæ. *c.Ne innitaris De conſtit.*

*b S.Ignat.in ex.c.3.§.11.12.et litt.D. Vide Claud. Aqu.Induſt.c.13.*

272 Caueto ne ad quæſtum, commodumve vllum tuum reorum pœnam vllam conuertas. Corruptiuus enim eſt iudiciorū is finis, ac turpis valdè. *c.Irrefragabili §.Prouideant De offic.Iudic. ordin.*

273 *i* Ne eſto in propria ſententia ita obfirmatus, vt paratus non ſis ad tuum iudicium maiorum, prudentumq; iudicio ſubmittendum. Eris enim erroribus obnoxius. *Caſſian.coll.*16.*c.*11.

*i S.Ign.exa. c.3.§.11.12. & litt.D. & p.1.c.3.§.14. & p.2.c.2.§.4.*

274 Caueto ne imperiti vulgi, aut corruptorum hominum iudicio moueare. Non eſt enim apud illos vera prudentia. *Ambr. 2.offic.17.*



Digitized by Google

k S. Ign. p. 1. c. 4. §. 3. & lit. C. & p. 2. c. 3. S. 2. 3. 4.

275 k Ne in iudicio ferendo præceps eſto. Nam non omnia ſtatim aſſequi poſſumus, ac videre. *Par.* 1. *d.* 10. *n.* 47.

276 Bonorum de te iudicia ne ſpernito. Eſt enim vel arrogantiæ, vel diſſolutionis bonorum iudicia negligere. *Ambroſ.* 1. *offic. c.* 47.

277 Doctum eſſe debere Iudicem legum. Debet enim ſecũdum leges iudicare. *Par.* 1. *d.* 11. *n.* 156. & *pr.* 1866. *Inſtit. lib.* 4. *de offic. Iudicis. Trid. ſeſſ.* 25. *de Refor.* c. 10.

278 Non licere Iudici de legibus iudicare, ſed ſecundum ipſas. *Aug. diſt.* 4. *can.* 3. & 2. *q.* 1. *c.* 7. & 3. *q.* 7. *c.* 4.

279 Factum à Iudice, quod ad officium eius non pertinet, ratum non eſſe. Non enim habet ius in illud. *Par.* 1. *pr.* 1820. *ff. de reg. iur. l.* 132. & 2. *q.* 1. *c.* 7.

280 Et ſi nihil facile mutandum eſt ex ſolennibus: tamen vbi æquitas euidens poſcit, ſubueniendũ eſſe. *Par.* 1. *d.* 11. *n.* 134. & *p.* 1827. & *ff. de reg. iur. l.* 144. & *c. ex parte tua De tranſact.*

281 In re dubia benigniorem interpretationem ſequi, non minus iuſtius eſſe, quàm tutius.

*Par.*

*Par.*1.*prop.*1826. & *ff.de reg.iur.* *l.*153.

282 In obſcuris reſpici ſolere quod veriſimilius eſt, aut quod plerunque fieri ſolet. *ff.de reg.iur. l.*115. & *c.Inſpicimus l.*6. *de reg. iuris.*

283 Quæ propter neceſsitatem recepta ſunt, non debere in argumentum trahi. *ff. de reg. iur. l.*123.

284 Qui tacet, non vtique fateri: ſed tamen verum eſſe eum non negare. *ff.de reg.iur.l.* 185. & *c.Is, qui tacet l.*6. *de reg.iuris.*

285 In pari cauſa poſſeſſorẽ debere potiorem haberi. *ff. de reg.iur.l.*171. & *l.*197. & *c.In pari l.*6.*de reg.iur.*

286 In re communi potiorẽ eſſe conditionem prohibentis. *c.In re l.*6. *de reg.iur.*

287 In condemnatione perſonarum, quæ in id, quod facere poſſunt, damnantur; non totum, quod habent, extorquendũ eſſe: ſed & ipſarum ratio habẽda eſt, ne egeant. *ff.de reg.iur.l.*134.

288 Abſentiam eius, qui Reipublicæ cauſa abeſt; neque ei, neque alij damnoſam eſſe debere. *ff.de reg.iur.l.*183.

289 Semel malum, malum

eſſe præſumi ſemper. *c.Semel l.6. de reg.iur. vid.ibi Gloſs.*

290 Cum ſunt partium iura obſcura, reo fauendum eſſe potius, quàm actori. *c.Cum ſunt l.6. de reg.iur.*

291 Non eſſe in iudicijs perſonarum acceptionem habendã. *c.Non eſſe l.6. de reg.iur.*

292 Odia reſtringi, & fauores ampliari debere. *c. Odia l.6. de reg.iur.*

293 Generi per ſpeciem derogari. *c.Generi l.6.de reg.iur.*

294 Non debere quemquam alterius odio prægrauari. *c.Non debet l.6.de reg.iur. vid.Gloſs ibi.*

295 Sine culpa, niſi ſubſit cauſa, non eſſe quemquam puniendum. *c.Sine culpa l.6.de reg.iur.*

296 Quod quis mandato facit Iudicis, dolo facere non videri: cum habeat parere neceſſe. *c.Quod quis lib.6.de reg.iur.*

297 Non eſſe quicquam cõtra alium decernendum, eo non audito, cum poteſt, ac debet audiri. Non enim habetur plena ad iudicandum cognitio cum alterius tantum partis rationes cognoſcuntur. *Trid.ſeſs.15 in Salu. cond.& diſt.86.c.23.& 2.q.1.c.7. & 3.q.9.& 4.q.5.& 11.q.3.c.76.*

*&*

*& c.Conſultationibus De officio, & poteſt.Iud.deleg.et c.Cum Bertoldus De ſent. & re iud. & Concil.Later. ſub Leone X. ſeſs.9.c.2.*

298 Poſſe contra contumaces decerni; nolentes vocatos ad iudicium accedere. *c.De Quoduuldeo De iudicijs.vide Decr.l.2.tit.14. De dolo, & contum.& tit.ſeq.& l.6. de dolo, & contum.*

299 Aequum eſſe tibi, quantum per leges licebit, fieri; quod tu alteri feceris. ſeu, Quod quiſque iuris in altero ſtatuerit, vt ipſe eodem iure vtatur. *2.q.6. c.1.4.& de Pœnit.d.1.c.17.& c.6. Cum omnes D.Conſt.& ff.lib.2. tit.2.*

300 * Non poſſe quēquam, qui minoris auctoritatis eſt, eū, qui maioris auctoritatis eſt, iudicijs ſuis addicere, aut proprijs definitionibus ſubiugare. *Nicol. Pap.d.21.can.4.& ſeq & Iul.Pap. 2.q.7.c.4.& 11 q.1.*

* *Vide epiſt. Nicol. Papæ ad Michael. Imp.*

301 Plus ſemper in ſe continere, quod eſt minus. *c.Plus l.6. de reg.iur. & c.Cui licet ibid.*

302 Non debere vtile per inutile vitiari. *c.Vtile l.6. de reg. iuris.*

303 *a* Non eſſe pœna plectendos eos, qui alieni ſceleris

a *Vid.Par.1. prop.1290.*

conſcij non ſunt. *b* Non enim debet eſſe pœna, vbi culpa non eſt. 1.*q*.4.

*b c.Cognoſcẽtes De Conſt.*

304 Pro poſſeſſore habẽdum eſſe eum, qui dolo deſijt poſſidere. *c.Pro poſſeſſore l.6.de reg.iur.*

305 Non licere in quempiam ſententiam ferre, niſi aut *c* conuictum, aut *d* ſpontè confeſſum. 2.*q*.1.& 5.& 15.*q*.5.& *q*.8.*c*.5.& *Decc.l.*2.*tit.*18.*de confeſſis.*& *l.6.eo.tit.*

c S.Ign.*p*.8. *c.6.litt.A.*

d *Vid.Decc.l.6.tit.de accuſ.et inquiſ.*

306 Non licere Iudici ſententiam proferre, niſi ſecundum legum præſcripta. *Vide* 2 *q.*1.& 3.*q*.7.*c*.4.& 9.*q*.3.*c*.4.& *ſeqq.*& 25.*q*.2.& *c.Canonum De conſtit.*& *Decc.l.*1.*à tit.*28 & *l.*2.*tit.*1.& *ſeqq.*& *l.*5 *tit.*1.*De modo iudicandi Clericos vide* 15.*q*.7. *Greg.IX.in Decc in princ.*& *Decc.l.*5 *tit.*1.

307 Sententiam, & acta, quæ ad ſententiam, iudiciumque ſpectant, ſcripto agenda eſſe. 2.*q*.1. *c*.9.& *c.Quoniam contra De probationibus*, & *c.Cum medicinales l.*6.*de ſent.excomm.*

308 Sententiam contra leges, canonesve prolatam, eſſe nullã. *c.Sententia De ſent.*& *re iud.*& *l.6.eo.tit.*

309 Diligẽtem inquiſitionem ante iudicium adhibendam eſſe.

Med-

*Melchiades Pap.2.q.1.c.11. Euariſtus Papa ibid.c.20.& 3.q.9.& 30.q.5.c.10.11.*

310 Ne accuſatores admittito, quos leges vetant. *ff.l.48.tit. de accuſat.et reſcript.l.qui accuſare. & 2.q.1.c.14.& 3.q.4.5.9.& 4. q.1.& 11.q.1.& Decc.l.5.tit.1. de accuſat.&c.*

311 Manifeſta, accuſatione non indigere. *Ambr.2.q.1.c.15. Nicol.Pap.ibid.c.16. Steph.V.ibid. c.17.& c.Euidentia De accuſ.*

312 e Peccata, quæ occultè patrantur, eſſe ſecretò corrigenda. *Aug.2.q.1.c.19.*

e *S.Ign.p.3. c.1.lit.N.*

313 Manifeſta peccata, non eſſe occulta correctione purganda. *Alex.Pap.c.Manifeſta De pœn. & remiſs.*

314 Non debere quenquam ex eo fructum conſequi, quod niſus eſt impugnare. *c.Ex eo l.6. de reg.iur.*

315 Contra eum, qui legem dicere potuit apertius, eſſe interpretationẽ faciendam. *c.Contra eum l.6.de reg.iur.& Gloſs.ibid.*

316 Eum, qui bonis fuerit expoliatus, non eſſe à quopiam accuſandum, neque iudicandum, niſi prius in integrũ reſtituatur. *2.q.2.& 3.q.1.2.& l.6. de reſtit.in integr.*



Digitized by Google

*integr. & de reſtit.ſpol. & Clement. l.1.tit.11.de reſtit.in integr.*

317 Non licere actori, quod reo licitum non eſt. *c. Non licet l.6.de reg.iur. vid.Gloſs.ib.*

318 Infamia, pœniſque plectitor, qui (ſi ſit calumniatus) non probauerit, quod in iudicio alteri obiecerit. 2.*q*.3. & 4.*q*.6. & 5. *q*.1.6 & *c.Accuſaſti De accuſat.* & *c.Cum fortius*, & *c.Cum dilectus De calumniat.*

319 Eſſe abſoluendum eum, qui non conuictus, iuramento ſe purgauerit. 2.*q*.5. *vide Decc.l.2. tit.*18.*de confeſſis.et l.*5.*tit.*1.*c.Cum oporteat*.

320 Quod in gratiam alicuius conceditur, non eſſe in eius diſpendium retorquendum. *c.Quod in gratia l.6.de reg.iur. Gloſs.ibid.*

321 Vituperatores, & accuſatores Superiorum, vel virorum Deo ſacrorum, non eſſe audiendos antequam perſpicias qua intentione, qua fide, qua temeritate, qua vita, qua conſcientia, quove merito; ſi pro Deo, aut pro vanagloria, aut inimicitia, vel odio, aut cupiditate iſta præſumpſerint, nec ne. *Euariſtus Pap.* 2.*q*.7.*c*.17. *Calixt.Pap.ibid.c.*18. *Gelaſ.ibid.c.*49.*Igin.Pap.ibid.c.*52.

322

Digitized by Google

322 De veritate criminum contra accuſatos non eſſe inquirendum, niſi præceſſerit infamia. *c.Cum oporteat De accuſ. & c.Qualiter eo.tit.*

323 Accuſationis formã eſſe debere, quam leges præſcribunt. Ne quid accidat contra iuſtitiã. *vid.2.q.8.et 5.q.2.et Decr.l.5.tit.1. præſertim c.Super his.*

324 Inducias accuſatis non eſſe negandas: cum ſe ad defenſionem parare neceſſe fuerit. 3.q.3.

325 Pluribus vti defenſionibus neminem prohiberi. *c.Nullus l.6.de reg.iur.*

326 Ad accuſandum, teſtificandumve, non eſſe infames admittendos. *3.q.4.5. & 4. q.1. & 6.q.1.*

327 Suſpecti, inimicique accuſatores, iudicesve ne ſunto. *3.q.5.c.15. & Decr.l.5. tit.1. de accuſat.*

328 Sine Summi Pontificis auctoritate Epiſcopum nõ poſſe damnari. *3.q.6.à c.5.& q.8,*

329 Non eſſe quempiam, niſi à proprio Iudice iudicandum. *3.q.6.& 5.q.4.c.1.2.& 6.q.3.4.& 11.q.1.& c.Illa De accuſat.*

330 Licitum eſſe, ac admittendum,

tendum, eccleſiaſticorum Iudicum, modò canonicum ſit, in omnes peccatores iudicium. *c. Nouit ille De iudicijs.*

331 In alternatiuis, debitoris eſſe electionem: & ſufficere alterum adimpleri. *c. In alternatiuis l.6. de reg. iur.*

332 Qui ad agendum admittitur, eſſe ad excipiendum multo magis admittendum. *c. Qui ad l.6. de reg. iur. Gloſs. ibid.*

333 Ad patrocinandum, ad procurandum, ad poſtulandum, ad iudicādum ne admittito, quos leges vetant. 3. *q.* 7.

334 Non videri eum, qui exceptionem obijcit, de intentione aduerſarij confiteri. *c. Exceptionem l.6. de reg. iur.*

335 Aequum nō eſſe aliorum Iudicem eſſe, qui reus eſt criminum. 3. *q.* 7. *à c.* 3.

336 Puniendos eſſe teſtes, qui teſtificantur aliquid ad calumniam. 3. *q.* 9. *c.* 16. *et q.* 10. *&* 5. *q.* 6.

337 Eſſe interdum teſtes ad teſtimonium dicendum compellendos. *Decr. l. 2. t. 21. De teſt. cogen.*

338 Non licere accuſato ſuos accuſatores accuſare prius, quā ſe crimine exuerit, quo premitur. 3. *q.* 11. *& Decr. l. 5. tit. 1. c.* 10.



Digitized by Google

339 ſ Ne teſtes admittito, quos leges prohibent. Teſtes autem conſiderantur conditione, natura, vita. Conditione, ſi liber, non ſeruus: nā ſæpè ſeruus metu dominantis teſtimonium ſupprimit veritatis. Natura, ſi vir, non fœmina: nam varium, & mutabile teſtimonium ſemper fœmina producit. Vita, ſi innocens, & integer actu; nam ſi vita bona defecerit, fide carebit: non enim poteſt iuſtitia cum ſcelerato homine habere commerciū. 4. *q*.2. *&* 6.*q*.1. *&* 14.*q*.2. *vid.* Decc.*l*.2. *tit.de teſtib. & atteſt. & c. Forus* De *verborum ſignif. & l.6. de teſtibus, & Clement. l.2. de teſtibus.* ſ S. Ign. p. 6. c. 3. §. 8.

340 Ne vllus vnquam accuſator ſimul, & iudex eſto, vel teſtis. 4.*q*.4.

341 Euocari debere reum ad cauſam dicendam. 4.*q*.5. *&* 5.*q*.2. 3. *& Can. Apoſt.* 74. *& Extr. Rem non nouam l.2. de dolo, & contum.*

342 Accuſatis, ad cauſam dicendam, concedendum eſſe tempus, quod oportuerit. 4.*q*.5.

343 Non eſſe ſtandum fidei cuiuſuis accuſati crimen negantis: niſi probet. 6.*q*.2.

344 Statutis Principum eſſe vtendum ad inſtrumentorum ſcri-

ſcripturarumque veritatem, & auctoritatem diſcernendam. Decc.*l.2.t.24. de fide inſtrum.*

345 Si Iudices electos de ſententia inter ſe diſcordes eſſe contigerit; eſſe aliquem alium Iudicem aduocandum, vt leges præſcripſerint. *6.q.4.*

346 Quæ contra ius fiunt, debere vtique pro infectis haberi. *c.Quæ contra l.6. de reg.iur.*

347 Non eſſe, quod bene definitum eſt, retractandum. *Nicol. Pap.6.q.4.c.6.et 25.q.2.et 35.q 9. & c.Publicato 58.de elect. &* Decc. *l.2.tit.27. de ſentent.& re iudic. & c.Quod ſemel placuit l.6.de reg.iur.*

348 Deficiente accuſatore, non eſſe reum ad probationem cogendum. *6.q.5.& 23.q.4 c.31.*

349 Lite pendente, nihil innouandum. Decc.*l.2.tit.16.& l.6. tit.vt lite pend. & Clem.l.2.eo.tit.*

350 Probationum momenta eſſe in iudicijs iuxta legum decreta examinanda. *Vid.*Decc.*l.2. tit.19. de probationibus.*

351 Circumſtantias omnes attendendas eſſe in exceſsibus examinandis, ac iudicandis. *c.Sicut dignum* De *homic.volunt.&c.*

352 Cum quid vna via prohibetur alicui, ad id alia non debe-

re

re admitti. *c. Cum quid l. 6. de reg. iuris.*

353 Non eſſe Clericos à Iudicibus ſæcularibus iudicandos. *11. q. 1. & 11. q. 5.*

354 Poſſe Iudices ſæculares ferre iudicium in Clericos, quos iuxta ſacros Canones Eccleſiaſtici Principes eis conceſſerint iudicandos. *11. q. 1.*

355 Iniquos Iudices pœna plectendos eſſe. *11. q. 3. c. 8.*

356 Legitimorum Iudicum iuſtæ ſententiæ inobedientes, eſſe puniendos. *11. q. 3. c. 9. 10.*

357 Iniuſtam Iudicum ſententiam timendam non eſſe. *11. q. 3. à c. 44. & 24. q. 3.*

358 Iniuſtas Iudicum ſententias eſſe ſuperiorum Iudicum iudicio corrigendas. *11. q. 3. à c. 64 & 16. q. 1. c. 52. & 35. q. 9 & Decr. l. 2. tit. 27. de ſent. & re iud.*

359 Iudicium iuſtum vendere non licere. *11. q. 3. c. 71. 72.*

360 Nullum ex conſilio, dummodo fraudulentum non fuerit, obligari. *c. Nullus l. 6. de reg. iur.*

361 Non licere in re dubia certam ſententiam dari. *11. q. 3. c. 74. 75.*

362 Licere interdum in iudicijs ferendis, præſumptionibus

vti.

Digitized by Google

vti. *Decc.l.2.tit.23.de præſumptionibus.*

363 In defunctorũ bonis adiudicãdis, vltimam defuncti voluntatem ſpectato. 13.*q*.2.*c*.4.

364 Cum non ſtat per eum, ad quẽ pertinet, quo minus conditio impleatur; haberi debere perinde ac ſi impleta fuiſſet. *Cum non l.6.de reg.iur.*

365 Ne accuſatores admittio, niſi eos, quibus accuſare per leges licet. 15.*q*.3.*et Decc.l.*5.*tit*.1.

366 De criminibus, de quibus abſolutus eſt accuſatus, nõ poſſe accuſationem replicari. *c.* De *bis De accuſat.*

367 Iudicia diebus prohibitis ne feruntor. 15.*q* 4.

368 Excõmunicatos pronunciare iudicia non licere. 24.*q*.1.

369 Eſſe Arbitris curandum vt ſint legitimi, & legitimum ipſorum iudicium: ne ſit irritum. *vid. Decc.l.* 1.*tit.vlt.de arbitris.*

370 Non eſſe dubium partem in toto contineri. *c.*I*n toto l.6. de reg.iur.*

371 In generali conceſsione non venire ea, quæ quis nõ eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus. *c* I*n generali l.6 de verb.ſign.*

372 Congruum eſſe, vt acceſſorium

ſorium naturam ſequatur principalis.c. *Acceſſorium l.6.de reg.iu.*

373 Qui ſentit onus, ſentire & commodum debere, & è contra. *c.Qui ſentit l.6.de reg.iur.*

374 Non licere damnoſa fiſco, aut iuri contraria poſtulari. 25.*q*.2.*c*.14. *Conſtant.Imp. C.l.1.de prec.Imp.offer.*

375 Non licere contra reſcriptum, confirmationemve Superioris, ſi legitimum ſit, iudicare. *vid.tit.De reſcriptis,& De confirm. vtil &c.*

376 Reſcripta contra ius elicita, ab omnibus Iudicibus refutāda. Niſi forte aliquid ſit, quod non lædat alium, & proſit petenti, vel crimen ſupplicantibus indulgeat. *Impp.Theodoſius, & Valentinianus* 25.*q*.2.*c*.15. *Pelag. Pap.ibid.c.*16. *vid.tit.De reſcriptis.* & *l.*5. *tit.*20. *De crimine falſi,* & *Clement. De reſcriptis.*

377 Qui contra iura mercatur, præſumi bonam fidem non habere.*c.Qui contra l.6.de reg.iur.*

378 Bonam fidem non pati, vt ſemel exactum iterum exigatur. *c.Bona l.6.de reg.iur.*

379 Iudicium ſeparationis à toro, dimittendiq; vxorem eſſe penes Eccleſiam. 33.*q*.2. *Trid. ſeſſ.*

*ſeſſ.24.de Sacr.Matr. can.*8.12.

380 Qui prior eſt tempore, potiorem eſſe iure. *c. Qui prior l.6.de reg.iur.*

381 Eſſe in omni iudicio tuẽdam magis ſententiam illam, cuius antiquior, aut potior extat auctoritas. 33.*q.*2.*c.*11.

382 In obſcuris, minimum eſſe ſequendum. *c.In obſcuris l.6. de reg.iur.*

g S.Ign.p.3. c.1.§.15. 383 g Eſſe pœnas legum interpretatione molliẽdas potius, quàm exaſperandas. *De pœnit. d.*1.*c.*18.

384 Accuſatore ab accuſatione deſiſtente, eſſe adhuc crimen inquirendum, ſi colluſionis ſuſpicio ſit. *Decc.l.*5 *tit.*22.*De colluſ. deteg.*

385 Licitum eſſe interdum ſententiam mutare. 35.*q.*9.

386 Non eſſe damnandum eum, qui contra legem egerit, quam ignorantia non culpabili ignorauit. Non enim obligat lex inculpabiliter ignorantes. *c.Vt animorum De conſtit. in 6.*

387 Non eſſe pœnæ adiudicandum vllum, quod contra, quã lex præcipiat, egerit ante legis promulgationem. Certum enim eſt leges futuris negotijs formã

dare,

Digitized by Google

dare, nõ ad præterita facta trahi: niſi nominatim in eis de præteritis caueatur. *Innoc.* III. *c.*13. *De conſtit.*

388 Ignorantiam præſumi, vbi ſcientia non probatur. *c. Præſumitur l.*6. *de reg iur.*

389 Pœnas à lege præſcriptas, eſſe à Iudicibus minoribus iniungendas: *b* arbitrarias, ſed æquas, cum præſcriptæ non habentur. *c. de cauſis De off. & poteſt. Iudic. deleg. vide Decc. l.*5. *tit.*37. *De pœnis. & tit.*38. *De pœnitent. & remiſſ.*

b S. Ign. p.3. c.1.§.15.

390 Eſſe in pœnis benigniorem interpretationem faciendã. *c. In pœnis l.*6. *de reg iur.*

391 Prouidendum eſſe, ne actor, aut reus doloſè agant: & dolos eſſe corrigẽdos *vid.* Decc. *l.*1. *tit.*42. *De alien. iud. mut. cauſa.*

392 Locupletãdum neminem eſſe cum alterius iniuria, vel iactura. *c. Locupletari l* 6. *de reg iur.*

393 Romani Epiſcopi, Chriſti Vicarij, ſummum in terris iudicium eſſe. *Infr. c.*8. *de Imperio. &* 17. *q.*4. *c.*30. *&* 25. *q.*1. 2. *et* 35. *q.*9. *& c. Ad Apoſtolicæ l.*6. *de ſent. & re iud. Anaclet Pap. ep.* 1. *Gelaſ. Papa in ſuis decret. Patres alij apud Bellar. de Rom. Pont. l.*1. *à c.* 10. *& l.*2.

*l.2.c.13. & ſeqq. & l.4.c.1. & de Concil.l.2.c.17.*

394 Eſſe in cauſis matrimonialibus Eccleſiæ Canones conſulendos. *vide Decr.l.4.præſertim tit.18. & 19. Trid.ſeſſ.24.de Sacr. Matr.c.12.*

*Caput Septimum.*

## a De Electione.

*a De electione canonica vide Ius canonicum in tit. de elect. in Decretal. & Clement. & Extrau.*

395 IN inquiſitione, iudicioque ſtandum non eſſe; ſed pergendum ad electionem. Electio enim eſt voluntas proſequendi medium propter finem. Si ergo voluntatem habes finis: inuento per inquiſitionem, ac iudicium, medio ad finem proſequēdum cōgruo; non eſt, cur cuncteris in eo amplectendo. *Sum.Eth.d.1.q.4.§.4.*

396 Immediata electionum regula eſto dictamen rectæ rationis. Eſt enim homo agens rationale. *Sum.Eth.ſupra.*

*b S.Ign.exa. c.3.§.14. & c.4.à §.18. et par.2.c.3. §.2.3.4.*

397 *b* Ne eſto præceps ad eligendum: caueto ne eligas ante diligentem eligendorum inquiſitionem, maturumque de medio eligendo iudicium. Hunc enim ordinem poſtulat electio recta.

*Trid.*

*Trid. ſeſſ.25. de Regularibus c.15.*
*Ambr. 11.q.3.c.69.*

398 Cum perturbato es animo, ne inito electionem. Excœcat enim mentem paſsio animi, & diuertit voluntatem à recto. *Greg. 11.q.3.c.67.*

399 Eum, qui certus eſt, certiorari vlterius non oportere. *c. Qui certus l.6. de reg. iur.*

400 *c* Dei tibi voluntatem, Dei ſeruitium, Dei imitationem, Dei gloriam proponito antequã eligas. Is enim finis dux eſt, ac magiſter optimus ad quidlibet eligendum. Quare eligenda ſunt ea tantum, quæ conducunt ad dictum finem. *S. Ignat. l. exerc. in prælud. ad elect.*

c *S. Ign. ex. c.3.§.14.15.*

401 *f* Quæ ſub electionem cadunt, neceſſariò bona eſſe debere ex ſeipſis, aut certè non mala, nec niſi inſtitutis conſona orthodoxæ Matris Eccleſiæ. Quidquid enim eiuſmod non fuerit, veri ad vltimũ finem medij rationem non habet: ac proinde eligibile non eſt. *Ambr. 3 off. per totum.*

f *S. Ignat. l. exer. in Intr. ad elect.*

402 *g* Caueto ne quid eligas obliquis affectionibus impulſus. Nec enim vera, nec recta electio eſt, quæ carnali vllo affectu, aut

g *S. Ignat. ſup.*

ſtudio

ſtudio peruerſo mixta. *Greg. X. c. Vbi periculum De elect. l. 6.*

403 Electionem non rectam, ſi de mutabilibus ſit, corrigito. Ita enim expedit; ne pergat damnum. *S. Ignat. l. exerc. in Introd. ad elect.*

404 Si electio non recta de immutabilibus fuerit, vt de Sacerdotio, vel matrimonio; curato vt electionis damnum, poſt facti pœnitentiam, probitate vitæ, & operum ſolertia compenſes. *S. Ignat. ſupra:*

405 *h* A ficta honeſti, rectiq; ſpecie caueto: ne illudaris, ac decipiaris in eligendo. *i* Ficta autẽ honeſti, ac recti ſpecies obijci ſolet ijs, qui ſe perfectorum viã ingredi arbitrantur, cum nõdum ſe à vitijs perfectè purgauerint. Ita ſub ſpecie maioris boni, diuinæque gloriæ latet ſæpè cupiditas, & amor temporalium: qui decipit eligentes. *Greg. diſt. 41. can. 6.*

*h S. Ign. ex. c. 4. §. 3. & p. 3. c. 1. §. 10.*
*i S. Ignat. lib. exerc. Annot. 10.*

406 Speciem honeſti habeto vt fictam, fallentemque; cum quid ſub illa deprehẽderis, quod ex ſe malum ſit. Non enim eſt vera honeſti ſpecies, qua turpe quid obtegitur. *S. Ign. in l. exerc. in 2. RR. de diſcern. ſpir. r. 5.*



Digitized by Google

407 Speciem honeſti habeto vt fictam,fallacemque: cum quid ſub illa deprehēderis,quod auocet à bono. Non enim poteſt eſse bonum, quod malum inducit, quatenus inducit malum. Eſt autem malum boni priuatio. *S.Ignat.ſupra.*

408 *k* Speciē honeſti habeto vt fictam,fallacemque: cum quid ſub illa deprehenderis, quod ad minus bonum impellat, quàm quod inquirendo iam antea elegeras. Minus enim bonum mali rationem habet, quatenus aufert maius bonum. *Greg. d.* 92. *c.* 2. *Hieron.* 17.*q.* 1.*c.*4.

*k S.Ignat.in* 2. *RR. de diſcern. ſpir. r.*5.

409 Speciem honeſti habeto vt fictam,fallacemque: cum animum defatigat,angit, ac perturbat,ſublata,quę prius aderat,pace,ac tranquillitate. Verū enim, cum ſit animi obiectum,nunquā illum angit,neque cum ad timorem,& pœnitentiam inducit. Vt in vera contritione experimur, quæ dolor quidam dulcis eſt ſine angore. *S.Ign.ſupra.*

410 *l* Oportere te in neutrā partem propendere ante, quàm eligas, ad proſequendum agendum,vel relinquēdum: ſi electio deliberationem requirit. Solet

*l S.Ignat.lib. exer.* 2.*hebd. de elect.*

G enim

Digitized by Google

enim iudicium proponere volũtati proſequendum id, ad quod viderit voluntatem propenſam eſſe. *Greg.d.61.c.16.*

411 Oportere eligentem quemque in ſeipſo perſentiſcere, quod quidquid affectionis (ſiue multum, ſiue modicum ſit) erga rem eligendam habet, ex ſolius Dei amore, ac intuitu proficiſcatur. Solus enim amor Dei non eſt obnoxius errori. *S. Ign. in l. exerc. in 2. mod. eligendi, & in Regulis de diſtrib. eleem.*

412 In eligẽdis agendis, quæ ad virtutes morales ſpectant, ab extremis caueto. Virtus enim in mediocritate poſita eſt, inter actionum, & paſsionum exceſſum, ac defectum. *Ariſt. 2. Ethic. c. 6. 7. 8.*

413 A iucunditate, ac voluptate maximè cauendum. Nam difficile eſt de ipſa incorruptè iudicare. *Ariſt. 2. Eth. c. vlt.*

414 Vnus eligẽdi modus eſto: vt conſideres quid eligendum ſuaderes viro amiciſsimo, ſi te dubius conſuleret de eo eligendo, circa cuius electionem ipſe verſaris. Id enim tibi agendum ducere debes, quod ſuaderes alteri. *S. Ign. l. exer. in 2. mod. elig.*

415

Digitized by Google

415 Alius eligẽdi modus eſto: Vt tecum ipſe repures, ſi mors ingrueret, quem te malles obſeruaſſe modum in pręſenti deliberatione. Nam ſecũdum eum modum eligendum nunc eſſe facilè intelliges. *S.Ign. ſupra.*

416 Alius eligẽdi modus eſto: Vt tecum ipſe reputes, cum pro Chriſti tribunali ſiſteris iudicandus, quo te conſilio hac in re vſum eſſe velles. Eo enim agnito, vtere nunc, vt eo tempore ſis mage ſecurus. *S.Ign. ſupra.*

417 *m* A Deo auxilium, ab Angelis, ac ſanctis preces, & opẽ poſcito antequam decernas, & eligas. Inopes enim conſilij ſumus, & ignoramus quid agere debeamus. Omne autem bonum à ſummo bono deriuatur. *Trid. ſeſs.24.de Reform.c.1.*

*m S. Ignat. p.2.c.3. S.2.*

418 *n* Eligenda eſſe meliora. Hoc enim animi nobilitas exigit, ad imaginem Dei procreati. Sunt autem meliora ea, quæ vitæ æternæ, quàm quę temporalibus commodis congruentiora. *Greg. d.92.c.2. Ambr.2.offic.6.*

n *S.Ign.p.7. c.2. lit.D.F.*

419 *o* Anteponenda eſse vniuerſaliora minus vniuerſalibus. quò enim bonum communius, eò diuinius. *Ambr.2.off.c.7.*

o *S.Ign.p.1. c.3.§.16. & p.7.c.2. litt. E.*



Digitized by Google

p *S.Ign p.7. c.2.litt.*D. 420 *p* Anteponenda eſse efficaciora minus efficacibus. Medium enim eò fini congruentius, quò maiorem efficacitatem habet ad illum aſſequendum. *Ambr. ſupra.*

q *S.Ign.p.7. c.2.litt.D.* 421 *q* Anteferenda eſſe faciliora, ac ſuauiora difficilioribus, ac minus ſuauibus. Impedire enim ſolet executionem difficultas,& iniucunditas. Contra verò facilitatis, & iucunditatis] opinione omnes trahimur ad agendum. *Ambr. ſup.*

r *S.Ign.p.7. c.2.litt.E.* 422 *r* Præferenda eſſe magis neceſſaria minus neceſſarijs. Illa enim magis vrgent. *Ambr. ſup.*

s *S.Ign.p.7. c.2.litt.E.* 423 *s* Diuturniora, cęteris paribus, minus diuturnis eſſe præferenda. Habent enim maius bonum. *Ambr.2.offic.c.6.7.*

424 Honeſtum cæteris omnibus præferendum. Non enim ſpectat ad actionem hominis vt homo eſt, quod honeſtum non eſt. *Ambr.3.offic. per totum.*

425 Caueto ne ipſe eligas, vbi animo es ſcrupuloſo: ſed tibi ad eligendum ſubrogato prudentem virum; eiuſque electionem amplectitor. Non enim ſolent ſano eſſe iudicio ſcrupuloſi circa ea, in quibus ſcrupuloſi ſunt.

*Ex*

*Ex c. Illa præpoſitorum.* 11.q.3.

426 Debere quemque ſcrupulos ex animo abigere: vt ſit aptus ad eligendum. Cum enim homo perpetuò in electionibus verſetur: quia ſemper in aliqua actione eſt. Quid aget ſcrupuloſus, qui dubijs angitur ſemper? Credat viro prudenti, cui ſuam conſcientiam aperuerit, ſi is ei edixerit vt nullius dubij, quod conſcientiam angat, rationem habeat. Valet enim viri prudentis auctoritas, vt ſcrupuloſus deponat conſcientiam in dubijs, & vt agat liberè. Quiſque autem vir prudens poteſt iſtud conſilij dare ſcrupuloſis: quatenus cognita eorum conſcientia, probabiliter, prudenterque iudicat nõ eſſe periculum erroris. Neque verò hærere debet aut vir prudens in eo conſilio dando, aut ſcrupuloſus in exequendo. Non enim erramus, cum prudenter agimus, etiam ſi re ipſa error accidat. Quoniam iudiciũ prudens nõ debet ſe conformare ipſi rei, vt verum ſit; ſed rectæ rationi, intentionique. Is eſt verus agendi modus in hominibus, qui tenẽtur rationem ſequi vt regulam ſuarum actionum. *Ex c. Illa, ſupra.*

*Remediũ pro ſcrupulis.*

427 Cum voluntatem diuina virtus ſic impellit, vt omnis dubitatio, immo & dubitãdi facultas animo auferatur: ſequitor impellentem Deum. *S. Ign. l. exerc. de elect.*

428 Eligendi tempus eſto, cũ quietus eſt animus, & diuina aliqua conſolatione perfunditur. Id enim accidere animo, quod fontibus ſolet. in quibus cernitur quidquid eſt in fundo, cum aqua quieſcit, & adeſt lux. *S. Ign. ſup.*

429 Actionem omnem, & actionis modum electione decernito. Quid enim agere poteris ad rectam vitam vtilius? *S. Ign. l. exer. de elect. in fin. hebd. 2.*

430 Eligendarum actionum, ac praxium tempus, eſto tempus examinis, ac meditationis ſacræ. Admittunt enim actionẽ electionis tum examen conſcientię, tum ſacra meditatio. *Ex vſu prudentum.*

431 Statuere ſibi quemque debere dies aliquot ſingulis annis: quo tempore à reliquis curis ſolutus, in eam curam incumbat, vt animum purget; eoque purgato; de ſingulis vitæ actionibus deliberet, eligatque. Scribat autem ad memoriam, definitiones, ac

ac decreta tum de agendis, tum de agendorum modis, quos elegerit. In quod enim negotium, quàm in iſtud incumbẽdum impenſius? *Vſus Soc.Ieſu*.

432 Cum nouum vitæ genus ineundum eſt, vt ſacerdotalis, *t* cœnobiticæ, coniugalis; aut ad munus aliquod aggrediendum, vt Sacramenta miniſtrandi, prædicandi, regendi alios: animum ab alijs curis remoueto, teque colligito, vt aliqnandiu de nouæ vitæ, munerisve agendis deliberes, & eligas modum agẽdorum. Prudentis enim eſt hæc prçuidere, ad eaque animum præparare: vt inſtructus ad agendũ accedat. *Trid.ſeſs.25.de Regular.c.15*.

*t S.Ign.p.1. c.4.§.4.5.*

433 Cœnobiticæ, regularisq; vitæ electionem liberam eſſe debere. Periculoſum enim eſt vitæ ſtatum, qui perpetuus futurus ſit, inuitum ſuſcipere. *Trident.ſeſſ. 25. de Regular.c.16.17.18.& 19. q.1.2.& q.3.c.vlt.& 20.q.1.c.9. & q.2.& q.3.c.3.*

434 *u* Caueto ne ab eo, quod rectè elegeris, vnquam diſcedas; neve deleras rectum vitæ inſtitutum, quod ſemel arripueris. Eſt enim hoc genus inconſtantię turpiſsimum. *Trident.ſeſs.25.de*

*u S.Ign.exa. c.2.§.6. & p.8.c.7.lit.C. §.Ordinationes. et l.exer. de elect.*



Digitized by Google

*Regular.c.*19. & 19.*q*.3. *cc*.1.2.3. & 20.*q*.1. & *q*.3. & 4. & 25.*q*.2. & *Decc.l*.5. *tit*.9. *De Apoſtatis,&c.*

435 Videri conſenſum, qui tacet, dare. *c.Qui tacet l*.6. *de reg. iuris*.

436 Eum, qui tacet, non fateri: ſed nec vtique negare videri. *c.Is qui tacet l*.6.*de reg.iur.*

437 Præcipuam quandam electionis materiã eſſe amicitias. x Multum enim ad vitę huius felicitatem intereſt bonus amicus. Magni ergo tua refert, rectè amicos eligere. *vide Auguſt.de Amic. à c*. 12.

x *Diſt*.7. *n*.2.3.

438 Suum quiſque ingenium noſcito, ad idq; ſe applicet, quod ſibi aptum viderit. Quò enim vnumquemque ſuum ducit ingenium, aut quod officium decet, id maiore implet gratia. *Ambr*. 1.*offic.c*.44.

439 y Curato vt talem ad regendum eligas, qualem ipſum regimen requirit. Magna enim ſemper ab ineptis Rectoribus bono communi mala fuerunt. *Vide Greg*.1.*Paſt.c*.10.

y *Ariſt*.3.*Politic.c*.8. & *l*.5.*c*.9.

440 z Cauèto ne quenquam ad regendum eligas, quem indignum noueris, & ineptum. Reus enim eris damni communis. *De*

z *Ariſt*.3.*Polit.c*.8.

*ineptis*

*ineptis vide Greg.1.Paſtor.c.11.*

441 *a* Caueto ne quenquam ad alios regendum eligas, qui effrenes habeat in animo, ac non dum edomitas paſsiones. Nam & ingratus omnibus erit, & preceps in regendo, & in iudicando imprudens. *Concil.Carthag.* IV. *d.23.c.2. & diſt.45.*

442 *b* Caueto ne quenquam ad alios regendum eligas, qui regẽdi munus ambierit. Non enim poteſt animum inducere vt ambiat, qui prudens ſit. *c* Quoniam intelligit prudens quantum periculi ſit in regimine, quantam exigat id muneris in Rectore ſapientiam, quod reddẽda ſit ſummo Rectori ratio de omnibus ſuæ curæ commiſsis, quod excellens requiratur in Rectore ſanctimonia, & alia hiſce ſimilia; quæ prudentem hominem à regendo deterrent. Non eſt autem ad regendum intrudendus, qui prudens non ſit. *Trid.ſeſs.24.de Refor.c.1.19. Tolet.* IV.*d.51.c.5. Leo Pap.d.61.c.5.Symmachus Pap. d.79.c.2. Stephanus* III. *ibid.c.5. Honor.Imp.d.97.c.2. Greg.d.100. c.3.& 1.q.1.c.25.& q.6.c.3.Symmachus Pap.1.q.1.c.18.Conc.Meldenſe 1.q.7.c.3.Greg.8.q.1.c.9.10.*

a *S.Ign.p.9. c.2.§.3. Greg.1.Paſt. c.10.11. Ariſt.5.Pol. c.11.*

b *S.Greg.Paſtor.p.1.c.3. 8.9. Bellar.in uit. c.20.26.31. S.Ignat.p.8. c.6.§.2. S.Amb.2.off. 24. Ariſt.5.Pol. c.11.*

c *S.Greg.Paſtor.p.1.c.3.*

*Aug. ibid. c. 11. & Can. Apoſt. 19. & c. Qualiter De elect.*

d S. Ign. p. 9. c. 2. §. 3.

443 *d* Caueto ne quenquam ad alios regendum eligas, quem immoderatius propēſum deprehenderis aut in conſanguineos, aut in pecuniam. Nam nō̃n poterit diligenter, ac rectè regere, qui curis occupatur aut conſanguineorum, aut habendi. *Trid. ſeſs. 25. de Refor. c. 1. & 8. q. 1. c. 19.*

444 Caueto ne quenquam ad alios regēdum eligas, quem ipſe, vel alius ſapiens, de regendi munere non ſatis inſtruxerit, in eodemque diligenter exercuerit. Nam Rector debet prudens àd regendum accedere; ne interim detrimentum patiatur bonum commune, donec Rector errando diſcat, & aliorum malo prudens fiat. *Trid. ſeſs. 6. de Refor. c. 1. & ſeſs. 22. c. 2. Zoſimus Papa d. 59. c. 2. 3. & c. Officij tui 38. De elect.*

445 Caueto ne quenquam ad alios regendum eligas, qui rationem regiminis didicerit ſiue in libris politicis ab vltimo fine auertentibus, ſiue in aulis Principum aut imprudentium, aut cupidorum, aut impiorum. Si quam enim politicam is didicerit in libris, & aulis illis; putandum

dum eſt eum non veram regiminis rationem, ac prudentiam, ſed aſtutiam didiciſſe. *Iuſtin. Imp. Auth. de Sanctiſſimis Epiſc. coll. 9. §. Damus autem.*

446 *e* Caueto ne quenquam ad alios regendum eligas, quem animo duro eſſe agnoueris, & indocili. Nam is, & ſuperioribus ſuis Rectoribus, & conſiliarijs, & ſubditis ſe difficilem exhibebit. *Concil. Carthag.* IV. *d.* 23. *c.* 2. e *S. Ign. p.* 9. *c.* 2. *§.* 6.

447 Caueto ne quenquam ad alios regendum eligas, in quo ſcrupulorum vitium ſit nimium. Erit enim in deliberationibus ſemper anceps; nil audebit præclarum; molietur vix pauca; moleſtus omnibus. *S. Ign. p.* 9. *c.* 2. *§.* 6.

448 Caueto ne quenquam ad alios regendum eligas, cuius animum bilis atrę humor vehementius oppreſſerit. Erit enim & is in deliberationibus ſemper anceps, ac timidus; nil audebit pręclarum; molietur vix pauca; moleſtus omnibus, aut ingratus. *S. Ign. p.* 9. *c.* 2. *§.* 3.

449 *f* Rectores eccleſiaſticos non ſolum in diuinis, ſed etiam in humanis, ac politicis agendis debere peritos eſſe. Homines enim regunt. *Diſt.* 39. f *S. Ign. p.* 9. *c.* 2. *§.* 6.



Digitized by Google

*g S.Th. l.1. de reg. Prin. c.15.*

450 *g* In eam curam à Principibus incumbendum eſſe, vt ſemper ſapiẽtes ſint plurimi, qui eligi poſsint in Rectores aliorũ. Vix enim poſſunt eſſe tales viri, ſi ea Principum cura non ſit.] Quoniam nemo vir bonus, qualis debet eſſe, qui ad regimen eligitur; prudentiam politicam volet ſibi comparare; niſi à ſuis Principibus iubeatur. Ita ergo regant aliquos viri Principes, vt ij apti ad regimen euadant. Sin id fiat, deſinet bonum regimen cum magno Reip. detrimento. *Trid. ſeſs.23. de Refor. c.18. Greg. d.61. c.15.*

*h Rob. Bell. in vita c.26. S. Bern. de conſid. l.4.*

451 *h* Inquiruntor, ſi ita ipſis Principibus videbitur, in quaque Prouincia, iuſſu Principum, à viris ſanctiſsimis, ac ſapientiſſimis, ſecũdum Inquiſitionis formam ab ipſis Principibus præſcribendam, è ſacræ, humanæque Politicæ legibus collectam, quique ad regimen ſuſcipiendum aptiſsimi: ijdemque ab Inquiſitoribus ad Principes deferuntor, ſcripto libello, qui & eorum habeat nomina, & informationem ſecundum Inquiſitionis formam à Principibus acceptã, & ipſius Inquiſitoris nomen cũ iuramen-

to

to de informatione cum ſynceritate tradenda, deque ea nulli manifeſtanda, præterquam Principi, & ei, cui Princeps voluerit. Hæc inquirẽdi ratio ſi ſeruetur, & viam ipſis Principibus aperiet ad noſcendum aptiſsimos ad regendum; *i* & præcludet aditum ad ambiendum; & abiget moleſtos Patronos ineptorum. *Trid. ſeſſ.22. de Reſcr.c.2. & ſeſſ.24. de Refor.c.1.18.* *i Bellarm. ſupra.*

452 Acciuntor, ſi ita ipſis Principibus videbitur, iuſſu, expenſiſque Principum, aptiſsimi quique ad regimen capeſſendum: ijdemque in domum aliquam in quaque Prouincia certam congregantor ad conuiuendum, ad ſeſeque ijs exercitationibus excolendum ſub tribus ſaltem Inſtructoribus peritiſsimis, quæ aptiſsimę fuerint viſæ ad præparandum regimini animum. Exercitationes autẽ potiſsimæ ſunto, Collationes de agendis, Declamationes, ficta politicorum munerum miniſteria, ethicarum, ac politicarum actionum lectio, ac meditatio, aliæque hiſce ſimiles iuxta formam à Principibus præſcribendam. Id ſi fiat (quod quiſque Princeps efficere facilè poteſt)

teſt) erit ſemper eligendorum ad regimen felix vbertas. *Ex Ariſt.7.Polit.c.14.*

453 Poſt ſuam anni exercitationem, ac experimentum, diſcedito quilibet in patriam, ac domum ſuam. de cuiuslibet autem aptitudine, vel ineptitudine ad regimen, exhibetor à quolibet Inſtructorum libellus informationis cum nomine Inſtructoris, ac iuramento de non manifeſtando vlli ſuo iudicio, præter quàm Principi, & ei, cui Princeps voluerit. Id ſi fiat, non erit ambiendi aditus, & Principi facillimum ſemper erit eligere ex inſtructis ad regimen, ac accerſere aptiſsimum quemque muneri obeundo; ſeque ab electionis non rectę periculo remouebit, quod magnum eſt, cum ab importunis Patronis ſuggerũtur Principi ad regimen homines ineptiſsimi. *Trid. ſeſs. 24. de Refor. c. 1. 18.*

454 Melius videri ſucceſſores in regendi munere à Rectoribus ipſis non eligi, ſed ab alijs. vt electiones ſynceriores ſint, & bono communi congruentiores. 8. *q.* 1.

455 k Compellendos eſſe ad regiminis onus ſubeũdum, ſi qui apti regimini, ſubire onus abſque cauſa

k *Bellar. in vita c.* 20. *S.* Ignat *p.* 8. *c.* 6. *Vide Gregor.* 1. *Paſt. c.* 5. *&* 7.

cauſa graui detrectarint. Detrectare enim id oneris quiſque debet, quantum eſt ex ſe, ſed niſi Princeps compulerit; melioribus Rectoribus Rempublicā defraudabit. Quò enim quiſque melior eſt, eò venire ſolet ad regendum inuitus magis. *Greg. 1. q. 6. c. 3. & 8. q. 1. c. 9. 10. Aug. ibid. c. 11. & 16. q. 1. c. 30. & c. Quæris à nobis 6. de ætate, qualit. &c.*

456 *l* Caueto ne, ſiue precibus, ſiue minis, ſiue donis, ſiue præceptis vrgeare, munus vllum regendi admittas, ad quod te omnino ineptum certò noueris. Non enim licet. *Hieron. 8. q. 1. c. 20.*

l *Cæleſt. V. De renunc. l. 6.*

457 *m* Videri melius eſſe, Rectores eligi perpetuos: Si quidem ſummam curam habeāt publicæ rei. Nam qui Rector perpetuus eſt & amat magis publicum bonum; & quò diutius rexerit, eò euadit prudentior, ac ſapientior; & eò eſt in regimine animoſior, quò minus timet ne ſit aliquando inferior. Sed eligendus eſt optimus, cui ſumma rei cura committēda eſt. *Vid. exemp. Rom. Pont. d. 23. c. 1. & c. Monachi De ſtatu Monach.*

m *S. Ignat. p. 9. c. 1. Ariſt. 3. Pol. c. 9. in fi. & c. 12.*

458 Rectores inferiores, qui

malè

malè ſe in regimine geſſerint, deponūtor, plectūtor, ſubrogantor meliores. Nam Principis culpa eſt Rector malus, qui toleratur; & boni publici detrimentum; & exemplum alijs Rectoribus ad malè regendum. *Trid. ſeſſ. 21. de Refor. c. 6. & diſt. 25. c. 7.*

459 Eſto diuinis litteris, ac doctrinis ſatis inſtructus, qui ad eccleſiaſticum paſcendi Chriſti oues munus eligitur. Munus enim ipſius eſt gregem paſcere verbo Dei; errores, qui contra Fidei doctrinam inueherentur, agnoſcere; inſtruere miniſtros verbi Dei, adiutores ſuos. *Trid. ſeſſ. 22. de Refor. c. 2. & ſeſſ. 24. de Reform. c. 1. & 8. q. 1. & c. Cum in cunctis De elect. & c. Qualiter eo. tit.*

460 Dignos eligito: ne communis damni reus ſis. Dignos autem ex adminiſtrandi muneris ratione, & ex præſcripto legum agnoſcito. *Tit. De elect. & c. Perpetuo De elect. l. 6.*

461 Qui indignum elegerint, plectuntor. Sunt enim dãni communis rei. *c. Nihil eſt 44. De elect.*

462 n Meliores eligito: ne communis damni reus ſias. Sunt autem regimini meliores, non qui ſanctiores; ſed qui cum vitæ

n S. Ign. p. 9. c. 1.

pro-

probitate maiorem habēt ad regendum prudentiam, ac ſapientiam. *Iuſtin.Imp.Auth.de ſanctiſſ. Epiſc.coll.9.Triden.ſeſſ.6.de Refor. c.1. & ſeſſ.24.de Refor.c.1.12.18: & ſeſſ.25.de Regular.c.7.& 8.q.1. c.15.*

463 *o* Eſſe regimini meliores, ſi regimine digni ſint, qui putantur ſubditis gratiores. Curādum enim eſt quantum fieri poteſt, ne Rector intrudatur inuitis. *Diſt.61.c.11.12.13.14.& d.63. c.22.23.26.27.*

o *S.Ign.p.9. c.2.*

464 Eſſe regimini meliores, ſi cætera paria ſint, qui didicerint parere. Sciunt enim experientia non imponere onera ſupra vires. *Ariſt.7.Polit.c.14.*

465 *p* Eſſe regimini meliores, ſi cætera paria ſint, qui generis nobilitate præſtantiores. Multū enim ad regimen valere auctoritas ſolet, & politicorum morum quidam lepor. Hæc autem ſolent magis contingere in viris nobilibus genere. *S.Ign.p.9.c.2.§.9. & litt.C.*

p *Bellarm.in vita c.26.*

466 Caueto ne fauor vllus humanus, aut preces, electionis ſynceritatem commaculet. Debet enim ſola eligendæ perſonæ dignitas apud electores poſſe.

*Trid.*

*Trid. ſeſs. 24. de Reform. c. 18. 19. Nicolaus* II. *d. 79. c. 9. Hiero. 8. q. 1. c. 14. 16. Greg. ibid. c. 17. & q. 2. & Can. Apoſt. 19. et c. Quiſquis electiom. De electione.*

467 Caueto ne in electionem acceptionis perſonarum vitium irrepat. Facilè enim eſt conſanguinitatem, amicitias, munera, diuitias, & alia huius generis, electorum animũ corrumpere. *8. quaeſt. 1. c. 14. & Can. Apoſt. 75. Toletan. X. can. 3. d. 89. Decenter omnibus.*

* *De poteſtate ad eligendum Eccleſię miniſtros vide Bellar. de Clericis l. 1. è c. 4.*

468 * Electionum canones, legeſque ſeruantor. Eſſet enim electio illegitima. *Trid. ſeſs. 25. de Regular. c. 6. Nicol.* II. *d. 23. can. 1. Greg. d. 61. c. 16. & diſt. 62. 63. 65. 66. 67. 79. & 8. q. 1. & 9. q. 1. c. 6. & 18. q. 1. 2. vid. tit. De poſtul. Pral. & tit. De electione. & tit. 14. De aeta. qual. &c. & tit. 17. De filijs Presbyt. & De elect. l. 6. & Clement. l. 1. tit. 3. De elect.*

q *Bellar. in vita c. 26. S. Ignat. p. 8. c. 6. §. 1.*

469 *q* Eſſe electoribus informationes accipiẽdas de quoque eligẽdo: niſi is omnino ſit notus. Nam in re tam graui non eſt ſine diligenti inquiſitione ferendum iudicium. *Trident. ſeſs. 24. de Refor. c. 1. 18. & 24. d. can. 2. 7. & diſt. 55. c. 1. & d. 79. c. 2. & 16. q. 1. à c. 33.*

Digitized by Google

*à c.33. & c.Poſtquam De elect.*

470 Caueto in informatione danda pro eligendo, ne te ad vllius electionẽ propenſum oſtendas. Eſt enim informatio danda ſyncerè, & animo indifferenti: vt elector, qui informationem accipit, relinquatur liber ad iudiciũ ſuum ferendum. *Diſt.79. c.7. &* 8.*q.*2.

471 Caueto in informatione danda pro eligendo, ne quid ſuggeras, quo eligendi famæ iniuſtè detrahatur. Læditur autem iniuſtè fama, cum quid ſuggeritur mali, quod non intereſt ad bonam electionem. *Soc.Ieſ.in form. congr.*

472 Certũ informationis capiendæ tẽpus eſto: nempe pauci ante electionem dies. Non enim eſt nobis ius omni tempore ad informationem capiendam de proximis noſtris. *Diſt.79.c.7.*

473 *r* Certa informationis capiendæ capita ſunto. Non enim æquum eſt informationem accipi de ijs, quæ ad electionem non faciunt. Diſcere autem quiſque facilè poteſt quid interrogãdum ſit, quid reſpondendum, ex informationis forma, & capitibus. *Soc.Ieſ.in form.Congr.* r *S.Ign.Loy. in ex. per totum.*



Digitized by Google

474 Caueto ne de vllo à te eligendo ſtatuas antequam electionis hora ſit. Multa enim interim poſſunt pro bona electione menti occurrere: quæ non occurrent, voluntate iam ad vnũ propenſa. *S.Ignat.p.8.c.1.§.1.*

*s S.Ign.p.8. c.6. §.3.4.6.*

475 *s* Incumbendum electoribus in eam curam, vt bonam electionem precibus impetrent à Deo. Niſi enim Deus iuuerit, periculum eſt errandi in electionibus noſtris. & Dei ſapientia cum ſit infinita, ac de futuris; ad ipſius directionem recurrendum eſt. *Trident.ſeſs.24.de Reform.c.1. Ambr.in Luc.l.5. Greg.X.c.Vbi periculum §.Quia verò De elect. l.6.*

*t S.Ign.p.8. c.6. Vide l.6. tit. 6. De elect.*

476 *t* Aequum eſſe ad plura ſaltem medietate ſuffragia omnẽ Rectorum electionem fieri; cum à multitudine fit. Cenſetur enim tota multitudo id velle, quod maior multitudinis pars voluerit. *u* & regula iuris eſt, quod omnes tangit, debere ab omnibus approbari. *Trident.ſeſs.24.de Refor.c.18. & diſt.65.c.1.2.3. & d.79.c.8.10. Lucius Pap. De elect. c.1.& Alex.*III.*c.5.6. et Inn.*III.*c.21.22.29.34.35.50.55.57. De elect.& Decc.l.3.tit.10.11.& c.Eccleſia De ſortileg.& c.Si cui De elect. in 6.*

*u c.Quod omnes lib.6.de reg.iur.*

*in 6. & c.Quorundam eo.tit.*

477 *x* Secretum eſto cuiuſque electoris ſuffragium, ſubſcriptũ, *y* iuratumque. Tollitur enim libertas in eligendo, ſi ſuffragium publicum ſit. Prouidetur autem ne dolus accidat, ſi quiſque elector ſuum nomen ſubſcribat. Melius autem eſt nomen adſcribere poſt ſuffragium, aut ſigillo aliquo tegere; vt ſuffragium ſit mage ſecretum. Iuramentum autem quiſque elector in ſumma ſchedula ſcribat, teſteturq; Deũ ſe nõ alium eligere, quàm quem magis aptum ipſe iudicat. deinde adſcribat eius nomen, quem eligit. *Trid. ſeſs. 25. de Regular. c.6. & Greg. XV. in Bull. concl.*

x *Bellarm. in vita c.26. S.Ignat. p.8. c.6.§.6.*
y *Trid. ſeſs. 24. de Refor. c.18.*

478 Suffragiorum dandorum ratio (*z* niſi leges aliam præſcripſerint) ea eſto, aut huic non abſimilis, ne nimis in longum electio protrahatur. Si in primis ſcrutinijs nõ ſuccedat electio ad plura medietate ſuffragia, vt ſupra dictum eſt: fiant eodem modo ſcrutinia in omnes, qui vocis paſsiuæ capaces ſunt, vſque ad quartum ſcrutinium incluſiuè. In quinto autem ſcrutinio non dent electores ſuffragiũ, niſi vni ex tribus, qui in quarto ſcrutinio

z *Vide tit de electione. & S.Ignat. p.8. c.6.*

nio plura, quàm alij, ſuffragia habuerunt; ac etiam ijs, qui paria illis tribus in quarto ſcrutinio haberent ſuffragia. Si neque in quinto ſcrutinio electio contingeret: pergatur ad ſextũ; in quo non liceat dare ſuffragium, niſi alteri ex duobus, qui in quinto ſcrutinio plura cæteris ſuffragia habuerunt. Si in ſexto ſcrutinio ſuffragia ſint imparia; habeatur pro electo qui vno ſuffragio alterum ſuperauerit. Si ſuffragia fuerint æqualia; ille pro electo habeatur, ad quem ſuffragijs ſecretis duo ex tribus, qui ſcrutinio aſsiſtunt, acceſſerint. Sunt autem tres, ad quos ſuffragia deferuntur, vt mox dicetur. *Vide tit. de elect. & c. Si Epiſcopus De Parochijs.*

479 Eſſe tres debere, ad quos ſuffragia deferãtur; nempe eum, qui Cõuentui, Congregationiq; preeſt, & alij duo, quos Congregatio eliget ad plura ſuffragia. Quorũ vnus ſit Secretarius, qui elata voce ſuffragia pronunciet, duobus alijs aſsiſtentibus, ac legentibus. Iurent autem hi tres, ſe non alium enunciaturos, niſi quem in ſchedulis ſcriptum repererint. Immutent autem electo-

res

res characteres ſuos, quantum fieri poteſt, ne ex characteribus agnoſcantur ab ijs, qui legunt ſuffragia. Quæ Segretarius ſtatim poſt electionem coram ipſis electoribus comburet. *c. Quia propter 42. De elect.*

480 *a* Electoribus variare, publicato ſcrutinio, non licere. Non enim eſſet finis contentionum. Et *b* regula Iuris eſt, Non licere in alterius detrimentum conſilium mutare. *vid. tit. De elect. & c. Vt circa l.6. & c. Nulli eo. tit.*

a *S.Ign.p.8. c.6.§.8.*

b *c. Mutare lib. 6. de reg. iur.*

481 Ne ſunto ſine pœna ij, quos peccare contra leges electionis contigerit. Vt plectantur qui malè agunt, & vt cæteri diſcant rectè agere, præſertim in ijs, quæ ad bonum commune ſpectant. *Trid. ſeſſ. 25. de Regular. c.6. & lib.6. De electione c.* 11. 12.

482 Electores poſt elapſum informationis tempus neque inter ſe, neque cum alijs loquuntor: niſi coram alijs de rebus neceſſarijs, ſed quę tamen ad vllum excludendum, vel includendum electioni non attineant. Qui ſecus feciſſe tribus teſtibus conuictus fuerit, à Congregatione plectitor pœna graui. vt electionis ſynceritati, ac puritati conſulatur.

Digitized by Google

ſulatur. *Ex form. Congr. Soc. Ieſ.*

483 Eſſe electionum regulas, & inquiſitionem diligentem, ac examen adhibendum antequàm quenquam in vllum eccleſiaſticę Hierarchiæ ordinem adſcribas. Sacrorum enim miniſtri debent præſtantes eſſe. 23. *&* 24. *diſt. vide infra c.* 10. *de Religione. vide tit. De elect.*

484 Ad Clericorum munera eligi Monachos poſſe. Nil enim impedit, ſi digni ſint. 16. *quæſt.* 1. *à c.* 21.

*Caput Octauum.*

## De Imperio.

485 Eſſe ſtatim actionem Imperij poſt electionem debere. Eſt enim Imperium ille actus, quo mens poſtquam deliberauit, decreuitque quid agendum ſit, præcipit ſibi ipſa, vel alteri, vt in actum exeat executionis: Fac, inquiens, ambula, lege, ſtude, præcipe, bellum gere, abſtine, cogita, ama, veni, ede, narra, &c. Cum autem executio ſit circa media, quæ fini congrua ſunt: nulla ratio eſt, quæ te ad cūctandum

dum moueat, quin ſtatim finem per media proſequaris, poſtquã decreueris, ac elegeris ea media, quæ hic, & nunc debere in executionẽ venire viſa ſunt. Quare vitium eſt aut mentis non ſanæ, aut acediæ, aut timoris, aut cupiditatis, aut alterius paſsionis, aut ſcrupulorum; poſt bonã electionem in actum imperij non exire: etiã ſi actio executionis, ac vſus, propter aliquas circũſtãtias eſſet in aliud tempus differenda. Cogita non poſſe actiuos eſſe eos, qui non ſint præceptiui. *c. Quam ſit l.6. De elect.*

486 Ne præceps eſto: caueto ne imperium deliberationem maturam antecedat. Turpe enim eſt inconſideratè agere: teque poſtquam imperaueris, pœnitere. Triſtè quoque videre damna, quæ ex præcipiti imperio promanare ſolent. *Trident. ſeſs.25. de Reform. c.3. & 35. q.9. c.4.*

487 Ne quid iubeto vt iubeas, aut quia lubet: ſed cum ratione. Homo enim es; cuius eſt nihil agere ſine ratione. *Gregorius* 11. *q.3. c.67.*

488 Aſſueſcito rationem interdum afferre tuorũ præceptorum ijs, quibus præcipis. Exci-



Digitized by Google

pitur enim libentius, & leuius ſertur onus præceptorum; cum ratio affertur. *Diſt.44.c.1.*

489 Curato, vt cum iuſſeris, operis iniuncti finem, modũque, ſi oportuerit, explices miniſtro ad inſtructionem. Multum enim intereſt ad bonam operis executionem. *S.Ign.p.7.c.1.§.5.et lit.G.*

490 Iubeto amanter, quãtum fieri poteſt: ſed plectito inobedientes ſeuerè. Amantur enim pręcepta, legeſque, quæ ab amore proficiſci agnoſcuntur. Proinde maximus eſt ad executionem ſtimulus amor. Ideo plecti meretur ſeuerius, qui inobedientia non ſolum præcepto, ſed amori etiam facit iniuriam. Et exemplum exhibendum eſt alijs, ne diſcant non parere. *Ex Trid. ſeſſ. 13. de Reform. c.1. Aug.d.44.c.1. Leo* I. *ep.92.in princ.*

491 Impoſsibilia ne iubentor. Nemo enim poteſt ad impoſsibile obligari. *c.Nemo lib.6. de reg.iur.*

492 Ne quid iubeto, quod fieri poſſe nõ ſis expertus. Ideo eſſet optãdum ne quis Princeps ſit, qui parere nõ didicerit. Semper autem iubendi regula debet eſſe experientia. Eam Rector

acci-

accipere poteſt & à ſeipſo, *a* ſi prior agat ea, quæ iuſſurus eſt: & à ſubditis, ſi ante quàm præcipiat, curet in vſum venire id, quod eſt præcepturus: & ab exemplo aliorum Rectorum, qui eadem iuſſerunt. *Baſilius in Reg. breu. q.* 152.

a *Exemplo Chriſti, qui cœpit facere, & docere; & didicit ex ÿs, quæ paſſus eſt, obedientiam; et cuius imperium ſuper humerū eius.* I*ſa.*9.6.

493 Ne quid iubeto, quod non cogites tibi aliquando agẽdum eſſe, iubente alio. Ita enim diſces non imponere onera ſupra vires aliorum. *Ex def. præced. Leo* I. *ep.*84. *c. vlt. ad Anaſtaſ.*

494 *b* Ne iubeto ſemper: interdum rogato. Non enim obedientia ſolum, ſed multò magis exigendus eſt à Rectore amor à ſubditis ſuis. *Trid. ſeſs.* 13. *de Refor. c.* 1.

b *Bellar. vit. c.*19.

495 Ne rogato ſemper: ſed plurimum iubeto. Rector enim vt Rector agnoſcendus à ſubditis eſt. S. I*gn. ex. c.*4.§.30.*& lit. D.*

496 Si quid arduũ, difficileq; te iubere contigerit: ne relinquito ſubditos ſine ope. Opem enim expoſtulat executio prçcepti difficilis: ſi executionem expectas. *Ex Dei more.*

497 A præceptis vniuerſalibus eximuntor ÿ, quos bono cõmuni intereſt eximi. Ne quid de-

trimenti accidat bono communi. *c. Quia periculoſum l.6. De ſentent. excomm.*

498 Si quid agendum inexperto præceperis: ne illum ſinito aggredi opus ſine inſtructione: Nō rectè enim aget inexpertus, niſi prius inſtruatur. Inde factum eſt vt plurimi cum magno boni communis detrimēto publicam rem adminiſtrarint: quia & inexperti, & non inſtructi à Principibus miſsi ſunt. *Trid. ſeſs.24. de Refor.c.7.*

499 *c* Curandum eſſe Principibus, vt Inſtructiones ſcribantur de ijs agendis, quæ leges iubent, & magni Reipublicæ intereſt bene agi. *d* Huius generis inſtructiones ſunt, quas Eccleſia in Pontificale, & Miſſale, & Rituale coniecit pro quibuſdam è Hierarchicis actionibus. *Trid. ſeſs.24.de Refor.c.7.*

c *C. de offic. Mag.mil.& de offic.mil. Iud.*
*S. Ignat. in proœm. Cōſt. §.1.2.& in proœm. Decl. et par.3.c.1. §.20.& p.4. c.8.§.3.*
*Ariſtot.* 10. *Eth.*9.
d *Videri aliquæ inſtruct. poſſunt in* 1. & 2. *Par noſtrarū Inſtr.*

500 Eſto plenum, perſpicuū, breue, quicquid ad legem ſcribitur, aut ad inſtructionem. vt non opus ſit præcepta multiplicare, aut declarationes; aut reuocare memoriam. *S. Ignat. in proœm. Declar.*

501 Ne iube multa: ſed tantum neceſſaria. Præceptorum enim,

enim, legumq; multitudo nimia periculum eſt ne paruam habeat obſeruantiam. Difficilè enim illi poteſt par eſſe vel ſubditorum diligentia in parendo; vel Rectorum attentio, induſtriaque in vigilando. *Ex exper.*

502 Cum quid prohibetur, prohiberi omnia, quæ ſequuntur ex illo. *c.Cum quid l.6.de reg.iur.*

503 *e* Ne relinquito ſine legibus actiones politicas, quas legibus dirigi neceſſarium eſt. Rectoris enim ratio regula eſt actionum, quæ referri debent à ſubditis in bonum commune. Rectoris autem recta ratio legibus explicatur, ac enunciatur. *Ius canonicum per totum.*

*e S. Ignat. in proœm. Cõſt. §.1.2. S.Th.l.1. de regim.Princ. c.15. Ariſtot. 10. Eth.9.*

504 Cuique miniſtro pro quoque officio, canones, inſtructioneſque preſcribendas eſſe, ad directionem. vt quiſque ſciat quid, quoue modo ſit in ſuo munere agendum. & ne recta agendorum ratio corrumpatur. *Vid. Decc.l.1. tit.23. De offic. Archid. & tit.24. De offic. Archipr. et t.25. De off. Primic. & t.26. De offic. Sacriſtæ, et tit. ſeqq. De offic. Cuſtodis, Vicarij, Iudicis delegati, Legati, Iudicis ordinarij, Iudicis, Procuratorum., Arbitrum. & l.2. per totum. & l.6. à tit.13. De off.*



Digitized by Google

*Vicarij, Iudicis delegati, Legati, Ordinarij, de Arbitris, de Iudicijs. & à c. Ne aliqui l.6. De Haret. & Clem. l. 1. tit. 7. De Vicarijs, & tit. 8. De off. Iud. deleg. & tit. 9. De off. Iud. ord. & tit. 10. De Procuratoribus. & Extr. Sedes Apoſtolica De conceſs. præb. & l. 1. De offic. Cuſtodis, Delegati, Iudicis ordinarij. & Extr. Ex eo l. 5. De Hæreticis. & c. Cum Matthæus ibid.*

f *Bellarm. in vita c. 26.*

505 *f* Eſſe potius in morum reformationem ſecundum leges iam cōditas; quàm ad nouas condendas leges incumbēdum, cum conditæ ſatis ſunt. *Ratio.*

g *l. 2. ff. de conſt. Princ.*

506 *g* Non ſine maturo conſilio, prudentique deliberatione imponēda eſſe præcepta, legeſq; condendas. Nam præceptorum, legumque finis eſt bonum commune: à quo fine magni intereſt non errare. *35. q. 9. c. 4.*

507 Eſſe leges cuiuſque Reipublicæ regimini, ac inſtituto congruentes ferendas. Corrumpunt enim Remp. leges, quæ ipſi non congruunt. *Ariſt. 4. Politic. c. 1. 12.*

h *S. Ign. p. 6. c. 5.*

508 *h* Si quæ leges ferri ſine obligatione ad peccatū poſſunt; ita feruntor. Non enim eſt neceſſarium legis obſeruationem

vrgere

vrgere obligatione ad peccatũ, ſi vrgeas pœnis. & amorem in leges conciliat ille amor legiſlatoris, quo cauet ne ſubditi peccent in Deum. *Ex Trid.ſeſs.13.de Refor.c.1.*

509 Nullum præceptum eſto, nulla lex contra legem Dei. Nam quiſque Rector ſummo Rectori parere tenetur: cuius ſummum imperium inferiorum imperia, contraria reddit irrita. *Aug.c.Quæ contra mores diſt.8. Symmach.Pap. d.10.c.2. Aug.d.14.c.1. Vrban.Pap. 25.q.1.c.6. Zoſimus Papa ibid. c.7. Marcellin.Pap.ibid. c.8. Hoſmiſda Pelag.PP.ibid.c.9.10.*

510 Nullum præceptũ eſto, nulla lex in eos, in quos iubendi poteſtatem non habes. Omne enim imperium ius in iubente requirit. *Innoc.III. De conſtit. c.7.10. c.Vt animarum §.Statuimus De conſt.l.6.*

511 Si illegitimus, contraque leges ſis Rector; ne imperato. Ius enim tibi legitimum imperandi non eſt. *Extrauag.Eccleſiæ De maior.& obed.*

512 Nullum præceptũ eſto, nullaque lex contra tibi ſuperioris imperium. Irritum enim eſt, & illegitimum quicquid contra

iuſtum ſuperioris imperiū præcipitur. *ff de reg. iur. l. 8. & l. 149. Auguſt. c. Quæ contra mores diſt. 8. Greg. diſt. 10. c. 1. Felix Papa ibid. c. 3. 4. Leo Pap. d. 14. c. 2. & 25. q. 1. à c. 11. & q. 2. & c. Sanè, & c. Cum ad quorundam De exceſſ Prælat. & Extr. Diuina l. 5. De priuil.*

513 *i* Summum cuique Romani Pontificis imperium eſſe debere. Eſt enim ille Vicarius Chriſti. *9. q. 3. c. 10. & ſeqq. & 24. q. 1. c. 5. & ſeqq. & 25. q. 1. c. 4. & ſeq & q. 2. & c. Significaſti De elect. & c. Cum ex illo De tranſlat. Epiſc. & Extrau. Si fratrum De Sed vac. & Extrau. Vnam ſanctam l. 1. De maior. & obed. Leo I. epiſt. 89. c. 1. Lucius Pap. epiſt. 1. ad Epiſc. Gall. & Hiſpan. alij Patr. apud Bellarm. de Rom. Pont. l. 1. à c. 10. & l. 2. c. 13. & ſeqq. & de Concil. l. 2. c. 17.*

*i Iuſtinian. Imp. l. 4. C. de ſum. Tri. & Fid. Cath. Io. Pap. ib. Vide S. Tho. 3. de regim. Princ. c. 10. & c. 17. & ſeqq.*

514 Ne ad vllius rei poſſeſſionem vllum mittito; niſi legitimè. Nondum enim poſsidere poteſt, quem leges prohibent. *Decc. l. 6. De eo, qui mittitur, &c.*

515 Ne ad iubendum deleget delegatus. Non enim habet iuriſdictionem; niſi ei à ſuperiore fuerit tributa. *c. vlt de offic. Iudic. deleg.*

516 Sunto præcepta, legeſque,

quan-

quãtum fieri poteſt, ad imitationem præceptorum, ac legum, quas viri ſancti, ac ſapientes imperarũt. Ea enim auctoritas maximè facit ad legum venerationem, & ad obſeruantiam. *Zoſimus Papa* 25.*q*.1.*c*.7.

517 Ne quid ſancito, quod à diuina lege nõ deriuetur. Omnis enim poteſtas à Deo eſt: debet ergo in condendis legibus, Dei poteſtatem imitari, eiq; ſe ſubiectam profiteri. *Symmachus Papa d*.10.*c*.2. *Vrban.Pap*.25.*q*.1.*c*.6.

518 Ne quid ſancito, quod iniuſtum ſit. Eſt enim contra Dei legem iniuſtum committere. *Ariſt*.4.*Polit.c*.8.

519 Ne quid ſancito, quod contra ius ſit Eccleſiaſticæ Hierarchiæ. Nam Sacerdotij ius ad Religionem attinet, quæ ſuprema Iuſtitiæ virtus eſt; & eſt ſacrum, & diuinum, & omni humano iure ſuperius. *Honor. & Theod.* Impp. *l*.5. *C.de ſacroſ.Eccl. Nicol.* Innoc. *Greg.PP. diſt*.10.*c*.1. *Felix Papa ibid. c*.3.4. *Greg. Naz. ibid.c*.6.*c*.7. *Quæ in Eccleſiarum De conſtit.*

520 k Taxato pœnas, quibus plectantur ij, qui contra leges, præceptaq; peccauerint. Debent

k *S.Ign.p*.2. *per totum, & p*.4 *c*.16.*S*.5. *S.Th. l*.1. *de regim.Princ. c*.15.



Digitized by Google

enim non ſolum regendi, ſed etiã plectendi regulæ præſcribi Rectoribus. ne qua cupiditas, vel ira, vel timor, diuertat Rectorum animum a recto. *Praxis vtriuſque Iuris. vid. 24. q. 3 & 27. q. 1. & 30 q. 1. 4. & 33. q. 2. c. 11. & ſeqq. & q. 3. De Pœnitentia per totum. & 36. q. 2. & Canones pœnit. in fi. Decreti.*

521 Ne temerè, aut leuibus ex rebus, pœnas comminator. Accidet enim magis contemni, quam formidari, ac, ſi repetes, in omnium odium cades. *Trid. ſeſs. 25. de Refor. c. 3.*

522 Ita pręceptis, legibuſque tuum animum regito, ac ſi Rempublicam Princeps regeres. Ea enim forma, exemplarq; regẽdæ Reipublicæ, regendo animo maximè congruens eſt. *Ex exper.*

523 *l* Non eſſe facile ad legũ abrogationẽ veniendum. Nam & antiquitatis ratio habenda eſt, quæ magnam habet auctoritatẽ: & Maiorum decreta veneratione digna ſunt: & timendum ne diſcedatur à fine, quem ſibi Maiores propoſuere: & verendum ne nouitatibus aditus aperiatur. *Trid. ſeſſ. 25. de Refor. c. 5. PP. 1. q. 7. et 24. q. 1. et 25. q. 1. & 2. Greg. 35. q. 9. c. 1. & ſeqq. & c. Licet l. 6. De conſt.*

*l Ex Ariſt. 5. Polit. c. 7. 8.*

524

524 m Eſto poteſtas diſpẽſandi in legibus, ac pęnis apud eos, quibus tutò ea poteſtas concedi poteſt. Occurri enim multis incommodis diſpẽſatione poteſt. *Trid. ſeſs.24. de Reform. c.6. Gelaſ. 1.q.7.c.6.7. Greg. ibid. c.11. Cyrill. 1.q.7.c.15.16. et ſeqq. vid. Decc. l.6. tit.11. & Extr. Nuper l.3. De præb.*

m *S. Ign. p.3. c.1. litt. L. & c.2. litt. B. & p.9. c.3. §.8. & litt. D.*

525 Quæ neque auctoritate, neque moribus vniuerſitatis cõprobantur; eſſe reſecanda. Ne periculum ſit vnquã à veris agendorum regulis diſcedendi. *Aug. d.12. can.12.*

526 Appellationis locus eſto à ſuperiorum decretis, ac præceptis ad ſuperiores maiores: ſed non ita patens, vt detrimentum obſeruantia patiatur. Prouidendum enim eſt tum nẽ quis grauetur, tum vt vigeat obſeruantia. *Trid. ſeſs.13. de Refor. cc.1.2.3. & ſeſs.22.c.7. & ſeſs.24.c.20. & ſeſs. 25. de Reform. c.9.10. vid. 2.q.6. & 3.q.6.c.5.6. et 11.q.3.c.4.5.30.34. & ſeqq. & c. Super eo De off. & pot. Iud. deleg. et Decc. l.2.t.27. De ſent. & re iud. et tit.28. De appell. et c. Ex ore ſedentis l.3. tit.11. et c. Quamuis De elect. l.6. et l.6. De appell. et Clem. vnica De dolo, & contumac. & l.2. tit.12. De appellat.*



Digitized by Google

## *a* De vſu, & executione.

*a De actionibus inuādorū proximorum vide S. Ignat p. 7. c. 4. & noſtr. Inſtr. 3. c. 3.*

527 IN vſum, & opus incumbito. Turpe enim eſt diſcere, & quæ didiceris non operari; docere, & non facere; eſſe ad agendum inſtructum, & non agere. *Ratio.*

528 Eſſe quamprimum vſus actionem poſt rectum imperium debere. Eſt enim vſus, vt Philoſophi morales docent, voluntas efficax, qua potētias applicamus ad operādum. Quid eſt ergo cur cuncteris in vſum, & executionē exire, cū exire iubet recta ratio? Nam rectæ rationis actus eſt rectum imperium. Vt igitur turpe eſt ſubdito ſui Rectoris præcepto non ſtatim parere, cū poteſt, ac debet: ita turpe homini rectæ rationis dicto obedientem non eſſe. *Trid. ſeſſ. 25. de Regular. c. 22. Pius* IV. *Bull. Motu proprio, &c. & Bull.* I*niunctum nobis, &c.*

*b S. Ign. p. 4. c. 10. §. 5 & c. 16. §. 4. & p. 7. c. 2. litt. M. & p. 8. c. 5. §. 4. & c. 6. §. 3. 4. & c. 7. §. 1. 2. & p. 9. c. 6. lit. A. & p. 10. §. 1.*

529 *b* Precibus à Deo impetrandam bonam operum executionem eſſe. Nihil enim fieri ſine Deo poteſt. *Trid. ſeſſ. 2.*

530 Citam eſſe debere operis executionem, ac diligentem.

De-

Deliberantis enim eſt cunctari; non parentis, & obſequentis. *Concil.Tolet.*XVI. *d.* 18.*c.* 17. *Leo Papa d.*86.*c.*1.

531 Moram cuique ſuam noxiam eſſe. *c.Mora l.6. de reg. iur.* & *ff.de vſur.l.mora.*

532 Excitandam executionis memoriam eſſe. Multa enim hominibus accidunt momentis ſingulis, quæ illos ab executionis debitæ memoria diuertũt. *Exper.*

533 Signis adhibitis executionis memoriam excitato. Ad memoriam enim excitandam ſenſibilia ſigna plurimum valent. *Ex exper.*

534 *c* Admonitoribus adhibitis executionis memoriam excitato. Sint autem Admonitores, qui velint, ac poſsint eam monẽdi curam ſuſcipere. *S.Ignat.p.*3.*c.*1.§.12.& *p.*9.*c.*6.§.7.

c *S.Car.Bor. vit.l.*8.*c.*13.

535 *d* Primum ſtudium tibi eſto, Præparatio ad bene moriendum. Momentum enim eſt hæc vita mortalis, ex quo æternitas pendet. *vide* I*nſtr.*10. *De præpar.ad mor.*

d *S.Ign.p.*4.*c.*8.§.7. & *lit.G.* & *p.*6.*c.*4.

536 Caueto, ne ſi monendi publicum munus tibi eſt, ab vlla vel animi cupiditate, vel timore, à recta monendi actione diuertare.

tare. Quidquid enim recti operis ob tuam negligentiam omittitur, tua etiã culpa eſt. *S.Bonau. de ſex al Seraph.c.7.*

537 Caueto, ne ſi monendi tibi, aut conſulendi munus ſit, Rectorique aliud iuſſerit, quàm tu monueris, aut conſulueris; contrariam tibi fuiſſe ſentẽtiam ſigno vllo alijs enuncies. Probanda enim ſunt, quæ Rectores decernũt, niſi ſint manifeſtè peccata: ne alij ab obedientia diuertantur. De præceptis autem, & Rectorum actionibus manifeſtè peccatis, occultè potius monendi Rectores ſunt, quàm publicè; ne eorum auctoritati apud multitudinem detrahatur. *Soc. Ieſu in Regg. Conſult. & Concion.*

*e S.Ign. p.9. c.2.§.3.*

538 *e* Caueto, ne ſi Rector ſis aliorum, inordinatæ in animo affectiones, vel incompoſiti externi tibi motus ſint. Nam & perturbatũ ex affectionibus erit tibi in regẽdo iudicium; & aliorum actiones corrumpes malo vitæ exemplo. *Ambr. 2. off. 19.*

*f S.Ign. p.9. c.2.§.6.*

539 *f* Videto, ſi Rector ſis aliornm, quantum ſit opus prudentiæ, ac diſcretionis in eo, cui regẽdi homines ſunt. Varia enim ſunt hominum ingenia. *Gregorius*

*Paſt. per totum. Baſil. in Aſcet. c. 30.*

540 Sunto ſtata tempora, quibus ipſe te ad operum executionem excites. Vt veſpertinum examinis tempus, & hora meditationis ſacræ; & annui dies, cum reliquis curis omiſsis, in vitæ reformationem incumbis; & quotid ana hora conſiderationis. *Supra deff.* 198. 199. 200.

541 g Tuorum agendorum catalogum habeto: cuius crebra lectione ad eorum executionem memoriam excites. Eſt enim is optimus ſtimulus ijs, quibus multa ſunt agenda. *Trid. ſeſs.* 23. *de Refor. c.* 1. *in fin. Quæ à quoque ſacrorum miniſtrorum agenda ſint lege in* 23. *diſt.*

g *S. Ign. p.* 9. *c.* 6. §. 3. *S. Carol. vit. l.* 8. *c.* 13.

542 h Eſſe à Principibus executionis monita, inſtructioneſq; tradendas miniſtris operum. Ne detrimentum accipiant opera ob imprudentiam miniſtrorum. *Trident. ſeſs.* 24. *de Reform. c.* 7. 12. *Pius* IV. *in Bull.* I*niunctum nobis. Concil. Toletan.* XVI. *d.* 18. *c.* 17. *Carthag.* IV. *d.* 23. *c.* 16. 19. *Toletanum* IV. *d.* 38. *c.* 2. *Carthag.* III. *d.* 38. *c.* 7. & *c. Cum ſit ars De ætate, & qualit. &c. vide Decc. à tit.* 23.

h *S. Ignat. in proœm. Cõſt.* §. 1. & *p.* 3. *c.* 1. §. 20. & *par.* 4. *c.* 8. & *c.* 10. §. 6. & *p.* 9. *c.* 6 *lit. A.*

* *De Paſtorum diligentia vid. epiſt. Leonis, et Damaſi* IV. & I*o Pap.* III. *ad Epiſcopos German. & Gall.*

543 * Eſſe Rectorum eam curam, vt in executionem inuigilent

gilent miniſtrorum. Frigeſcet enim, ac peribit publicarum actionum executio, nullo inuigilante. *S. Ignat. p.4.c.8.* §.9. *&* *p.9.c.6.§.2.*

i S. Ign. p.9. c.6. litt. A.

544 *i* Miſsis ad Magiſtratus monitis eſſe Principibus crebro politicorum agẽdorum pro executione memoriam renouãdam. Semper enim hæc Principum diligentia ad executionem plurimum potuit: negligentia verò non parum ſemper obfuit. *Trid. ſeſs.25. de Regular. c.1. Pius* IV. *in Bull. Motu proprio, &c.*

k S. Ign. p.3. c.1.§.28. & par. 4.c.10. §.10.

545 Nouis identidem edictis, *k* crebraque concione, ac lectione, eſſe legum memoriam à Rectoribus in multitudine renouãdam. Ita enim nunquam leges obſoleſcunt: nec valde opus erit legibus nouis. *Trident. ſeſs.25. de Regularib. c.1. & 22. Pius* IV. *in Bull. Motu proprio, &c. & in Bull. Iniunctum nobis. Conc. Tolet.* XVI. *d.*18.*c* 17. *Steph. Pap.* 35.*q.9.c.2.*

l S. Ign. p.9. c.6.§.2. S. Carol. vit. l.8.c.13.

546 Accitis ſubinde Magiſtratibus, *l* Rectoribuſque, ac diligenter interrogatis, eſſe Principi legum executionem vrgendam. Erunt enim inferiores Rectores vigiles, cum aduerterint Principem vigilare. *Trid. ſeſs.23.*

de

Digitized by Google

*de Reform.c.1.in fin. & ſeſſ.25. de Regular. c.1. & c.22. Tolet.* IV. *d.38.c.2.& diſt.84. & c.In ſingulis regnis De ſtatu Monach.*

547 *m* Ne finito ſine pœna eſſe peccantes in leges. Nam pœnæ timor maximè ad parendum vrget. *Trid.ſeſſ.13.de Refor. c.1. & ſeſſ.23. cc.1.18. & ſeſſ.24. c.8. & ſeſſ.25.de Regular.c.14. & diſt.50.per totum. & 23.q.4.5.& q.6.& 24.q.3.& c.Ea quæ De ſtatu Mon.& Decc.l.6. De pœn.*

*m S.Tho. de regim.Princ. lib.1.c.15. l.Si operis 4. C.de pœnis.*

548 Publicè peccantes, palam eſſe corripiendos. Ne cęteri aliorum exemplo ad peccãdum inducantur. *Trid.ſeſſ.24.de Refor. c.8.et ſeſſ.25.de Refor.c.14.diſt.45. c.9.17.& 23.q.4.c.18.19.*

549 *n* Eſſe in exigendis pœnis miſericordiam cum iuſtitia coniungendam. Is enim puniendi modus magis ad obſeruãtiam efficax. *Diſt.45.& d.86.c.2.*

*n S.Ign.p.9. c.2.§.4.*

550 Accitis ſtatis temporibus ad collationes ſodalibus, eſſe à Rectoribus actionum rectarum, & legum executionẽ vrgendam. Se enim quiſque, ac ſocios excitabit ad agendum: cum ſuam de agendis ſententiam proferet; aut repetet quod ex agẽdorum libro lectum eſt, *o* iuxta collationum formam.

*o Vide ſupra def.216.*

Digitized by Google

formam *Trid.ſeſs.23.de Refor.c.1. in fin.* & *ſeſs.25. de Regularibus c.1.22.*

551 Miſsis ſubinde Viſitatoribus Rectorum diligentiam excitandam eſſe. Ea enim cura Principes executionem ſemper vrſere. *Trid.ſeſs.23.de Refor.c.18. et ſeſs.24.c.3. Pius* IV. *in Bull. Motu proprio, &c. Conc.Laodic.d.*80. *c.5.* & *cc.* I*n ſingulis regnis*, & *Ea quæ* De *ſtatu Monach. S.Ign. p.4. c.6.§.15.*

552 Leuiores culpas ne ſpernito. Fit enim à leuioribus ad grauiores culpas gradus. 23.*q.4. cap.*19.

553 Si inuoluntarias fuiſſe culpas deprehenderis, ne plectito. Non enim eſt culpa, cum voluntas deeſt. *Diſt.*50.

554 *p* Eſſe Principum eam curam debere, vt rationem certis temporibus exigant ab ijs, quos operibus præfecerunt. Is enim magnus eſt ad executionem ſtimulus. *Trid. ſeſs.24. de Refor.c.3. Tolet.* IV. *d.*38.*c.*2.

*p S.Ign p.4. c.2. §.5.* & *p 9.c.6 lit.A.*

555 *q* Ne vanis, ac inutilibus curis animũ occupato, qui executionem moliris operum meliorum. Impedimento enim ſua diſtractione ſunt bonis operibus inuti-

*q S. Baſilius Aſcet.c.5.*

inutiles curæ. Abigendæ igitur ſunt ludorum, ſubſtructionum, alienorum factorum, ſectarum, rerumque ſimilium curæ, cum non oportet. *Hieron. d.37.c.3. Carthag.* IV. *d.88.à c.5.& Greg. ibid.c.8.& d.92.c.2. Anaclet.Papa 5.q.3.c.3.* *Clem.Pap.11.q.1.c.29. 30.&* 14.*q*.4. *&* Decc.*l.3.tit.50.* *Ne* Cler.*vel Mon.*

556 *r* Ne Princeps, Rectorq; curis alijs, quàm quas regimen exigit, diſtrahitor. Poſtulat enim totum animum regendi cura. Ideo ſapientiores quique è Rectoribus eccleſiaſticis negotia temporalia, & ſi ad ipſam Eccleſiā pertinentia, ſemper alijs agenda demandarunt. *Trid.ſeſs.6. de Refor.c.1. Hieron.d.37.c.3. Concil. Carthag.* IV.*d.88.à c.5.Anacl.Pap. 5.q.3.c.3. Clem.Pap.11.q.1.c.29. 30.& Can.Apoſt.80. Toletan.* XI. *can.2.*

r *S. Bern. de conſid.l.1. Bellarm. in vita c.26.* S. I*gnat.p.9. c.6.§.1.4.*

557 *s* Cura prima Rectorum eſto, ſuos, eorum miniſteria, loca ſuo regimini ſubiecta viſitare. Valet enim Rectoris viſitatio & ad ſuorum in ipſum amorem cōciliandum, & ad regiminis prudentiam augendam, & ad executionis ſtimulum, ac directionem. *Trident.ſeſs.6.de Refor.c.4.et ſeſs.7.*

s *Baſilius in Aſcet.c.44. Bellar.in vit. c.26.* S. I*gnat.p.8. c.1.litt.H.I. De ratione viſit. vide Decc.l.6. De cenſibus, & exact.*



Digitized by Google

*c.7.8.15.& ſeſs.21.c.8 & ſeſs.22. c.8.& ſeſs.23.c.18.et ſeſs.24.c.3.9. & ſeſs.25. de Regular.c.1.8.20 & 10.q.1.c.9.& ſeqq.& 18.q.2.c.28. 29. & c.In ſingulis regnis De ſtatu monach. & Clement. Attendentes De ſtatu mon.*

*t S.Ign.p.3. c.1.§.15.& p.4 c 4 §3. litt.B & lib. exerc. Annot. 38.19.*

558 *t* Non eundem eſſe Rectoris in quoque inſtruendo, ac regendo modum debere. Non enim quidlibet cuique congruit. Studendum igitur Rectori eſt, vt intelligat cuiuſque diſpoſitionẽ animi, propenſionem, occupationes, vitæ inſtitutum, & alia hiſce ſimilia. *Hieron. d. 29. c.3. vide Greg 3.Paſtor. per totum.*

*u S.Ign.p.9. c.6.litt.A.*

559 *u* Eſto ipſe Rector primus in exequendo. Exemplum enim Rectoris maximè ad executionem, obedientiamq; cæteros trahit. *Inſtit.l.2. quibus modis teſtam.infir.§ fin. Trid.ſeſs.25. de Reform.c.1.*

*x S.Ign p.9. c.2. §.2. & c.6.litt.A. S.Thom de regim.Princ. l.1.c.10.*

560 *x* Eſſe ſubditos amore potius, ac manſuetudine, quàm timore ad obedientiã trahendos. Quãquam enim neceſſarius etiã eſt timor. Quia tamen natura nobilis eſt hominum animus à amore magis, quàm timore ducitur ad parendum. & amor eſt omnis actionis principium primum.

mum. *Trid.ſeſs.13.c.1.de Refor.* & *diſt.45.c.3.4.6.16.*

561 Eſſe non ſolum pœnis, ſed multò magis præmijs ſubditos ad obedientiam trahendos, & ad virtutem. Maiorem enim efficacitatem habet amor, quàm timor; & melius agit. *Diſt.45.* & *d.54.c.19.20.*

562 Quæ multis profutura ſunt opera, ita inſtituuntur, vt manere in futurum poſſint. Alioquin enim peribunt, extincto auctore. *Ratio.*

563 *y* Eſſe fortem ſimul, & ſuauem debere operum executionem. Cauendum enim eſt ne in exequendo, vrgendoue opere ſis remiſſus: & ne ita vrgeas, & incumbas, vt ſis moleſtior, quàm par eſt. Sit in exemplum regimen Dei: qui ita ſinit omnia agere, ac ſi ipſe non regeret; & tamen in ſuis decretis eſt ita conſtans, vt nihil omnino fiat, quod ipſe nolit, aut non permittat. *Trid. ſeſs.13. de Reform.c.1.* & *diſt.45. c.9.14.*

*y S. Ambroſ. 2.off.22.23. S.Ignat.p.9. c.2.§.5. Vide Claud. Aqu. lib. Induſtr.c.2.* & *Ariſt.5.Pol. c.8.*

564 *z* Enitendum eſſe, quantum fieri poteſt, vt magnus, nobiliſque ſit omnis executionis modus. Talis enim agendi modus decet hominē ad imaginem

*z S.Ign.p.9. c.2.§.5. De Magnanimitatis actionibus vide ſum. Eth. d.3.q.3.p.3. §.4.*

Dei

Dei procreatum. *Vide Ariſtot.* 4.*Eth.c.*3.

*a Baſilius in Aſcet.c.*4.

565 *a* Cuiuſque actionis principio dolendum, quod hactenus non rectè egeris, vt par erat. Ita ardentius ad rectè agendum aggrediere. *Vid.PP.De Pœnit.d.*1.

566 Poſt actionum, præſertim præcipuarum, finem, recolligendam mentem eſſe ad inſpiciendum, quàm rectè egeris: an quid peccaueris: an præclarius agere potueris. Ita ipſe tibi in agendo magiſter eris. *S.Bonau. de ſex alis Seraph. c.*7.

*b S.Ign.p.*4. *c.*8. *&* *c.*10. *§.*10.

567 *b* Ne opus vllum aggreditor imparatus. Caſu enim erit, non à ratione bonitas operis. & erunt defectus plurimi ex inconſideratione. *S.Bonau.de ſex al. Ser.c.*7.

568 Aſſueſcito priuatim, ac publicè ijs exercitationibus; in quas tibi ſecundum tuum inſtitutum eſt incumbẽdum. Ne munera obeas imparatus. *S. Ignat. p.*4.*c.*8.*&* *c.*10.*§.*10.

*c S.Car.Bor. vit.l.*8.*c.*18. *S. Ignat. in procem. Cõſt.* *§.*1.*&* *p.*10. *per totum.*

569 *c* Ita incumbendum eſſe in omnem operum diligentiam, ac ſi nullũ eſſet auxilium à Deo: cõtra verò ita in Dei ope nitendum, ac ſperandum, vt à qua eſt omne opus, ac diligentia. Ita

enim

enim Deus omnia ipſe facit, vt ſimul velit cauſas ſecundas agere opera ipſarum. *P. 1. diſt. 6. n. 3. & ſeqq. & n. 34. & diſt. 7. n. 43.*

570 Caueto ne quod ore verbum excidat, quod impedimentum parere operi poſsit. Non ſunt enim aperienda, quæ animo rectè moliris, ante tẽpus. neque quæ alijs relata inuidiam poſsint, aut odium, aut iram cõcitare. neque quæ opinionem in alijs minuunt prudentiæ tuæ. *Ex exper.*

571 Ne quid aggreditor, etiã ſi rectum ſit, quod eſt impedimento futurum operibus melioribus. Rectius enim eſt non aggredi. *Ratio.*

572 Ne quid aggreditor, cuius aſſequendi ſpes probabilis nõ ſit. Fruſtra enim aggrederis. *Ratio.*

573 *d* Eſto diligens, vt in quibuſuis agendis, temporis, modi, rerum ordinem obſerues. Mirum enim, quantum valet, ea obſeruatio ad rectè, facilè, cito agendum. *Ex exper.*

d *S. Ign. p. 3. c. 2. §. 2. & p. 4. c. 10. §. 9*

574 *e* Ita agito, vt omnis actionis interior forma, ſpirituſque ſit amor. Amor enim & leuius reddit executionis onus, & artes in-

e *S. Ign. p. 10 §. 2. et l. exer. ſpir. reg. 1. de diſtri. eleem.*

dagat

dagat ad exequendum, & leporem quędam actionibus tribuit. *PP. de Pœnit. d. 2.*

575 In eam curam incumbito, vt omnis actio exterior ex interiore virtute promanet. Præclarus enim eſt is agendi modus, & homini conſentaneus. *S. Ignat. p. 10. §. 2.*

576 Putato te Rectorem electum non ad honorem, ſed ad politicam actionem. Turpe enim otioſum eſſe eum, cuius eſt vrgere alios ad actionem. *Trident. ſeſſ. 7. de Refor. c. 9. et* Can. *Apoſt. 35.*

577 *f* In eam curam incumbito, vt neque tibi, neque alijs tuæ curæ commiſsis vllum otiũ ſit, niſi quantum viribus reficiendis eſt neceſſarium. Corrumpit enim omnem virtutem otium. Nam quid agat ſenſus humanus per ſe ad vitia propenſus, & ad repugnandum rationi: niſi curis honeſtis animus occupetur? ob id ſapientes Principes inducunt omnes artes in populum. *Trid. ſeſſ. 23. de Reform. c.* 18. *§. Deinde. Hieron de conſecr. d. 6. c. 33. vide S. Thom l. 2. de regim. Princ. c. 3.*

*f Bellar. vit. c. 33. S. Baſilius in Aſcet. c. 37. S. Ignat. p. 3. c. 1. §. 6. & par. 4. c. 10. §. 6.*

578 Si nullum aliud agendum occurrat, agito ficta agendorum ſimulacra: vt otium non ſit. Vt

agri-

agricola, vt vitet otium, fodit, etiam cũ fodiendum ſibi non eſt. Dux, etiam cum bellum non eſt, pugnæ imagine milites exercet. Tranſcribit non nemo libros, ne ſit otioſus. g Multi cantionibus honeſtis tranſigunt tẽpus? *SS PP. exempl.*

g *Card.Bell. in eius vita c.*12.

579 *h* A congreſsibus inutilibus, à ſpectaculis vanis fugito, quantũ fieri poteſt. Bonos enim mores corrumpunt, & impediũt actiones præſtantiores. *Ex Ariſt.* 7.*Eth.c.*17.*&* *l.*8.*c.*1.

h *Bellarmin. Franc.Borg.*

580 *i* Nihil agito, cuius agendi formam, ac diligentiam non ante ſtatueris. Quæ enim executio ita non fit, parum, aut nullo modo prudẽter fit. *Diſt.*38.*can.*4.

i *S.Bonau.de ſex alis Ser. c.*7.

581 Eſto celer in occaſionibus arripiendis, & accipiendis opportunitatibus. Per hãc enim prudentiam executionem habẽt agenda ferè omnia. Per contrariam autem imprudentiam multa præclara non prodeunt in lucem. Cogita te, alioſque, mortales eſſe: celeriter igitur agendũ, ne mors ingruens præcidat conſilia. *S.Bonau.de ſex al.Seraph.c.*7.

582 Prædicationi, doctrinæ tradendæ, k ſcribendis libris, Sacramentis adminiſtrãdis, Chriſti

k *Bellar. in vita c.*35.



Digitized by Google

miniſter incumbito. Talenta enim à Deo tradita non debent eſſe otioſa. S. *Ign. p.* 4. *c.* 8.

583 Caueto, quantum fieri poterit, ne in politicis operibus, præſertim ad ſalutem animarum ſpectantibus, exequendis, cuiquã ſis grauis, præſertim in ſumptibus, & expenſis. Pariet enim ea moleſtia innumera eis operibus impedimenta. *Trident. ſeſs.* 24. *de Reform. c.* 3.

584 Ne curato quicquid agãt alij: ſed in id, quod tibi agendum eſt, incumbito. Ita enim nec aliorum otium te inertem reddet, nec negligentia ſocordem, nec improbum exempla non bona. *Ratio.*

585 A curioſa prædeſtinationis diuinæ inquiſitione caueto. Ne in bonorum operum executione ſis anxius, ac triſtis. quod magnum eſt in diuino ſeruitio impedimentũ. Certum eſt, nihil melius nobis in hac vita eſſe poſſe, quam rectè agere pro Dei ſeruitio; diuinæq; voluntati obtemperare, quantum poſſumus. Hoc igitur age, nihil ſolicitus de eo, quod de tua ſalute decreuerit Deus. Quid autem honeſtius, quàm in Dei ſeruitium incum-

cumbere propter ipſum Deum; nihil de noſtro commodo cogitando? *Par.1.diſt.6.n.24.*

586 *l* Eſſe crebrò à Rectoribus collationes habēdas cum ijs, quos intereſſe oportere viſum fuerit, de modo, & executione agendorum. Modus enim is ſuauis, & efficax eſt, ad cognitionē, amoremque inſerendum erga agenda; & ad vrgendum ad executionē illorum. Enimuerò nihil proderit neque publico, neque priuato bono, habere in libris inſtituta, legeſque præclaras: niſi cures eas in vſum, ac executionē venire. venire autem in executionem non poſſunt, niſi vigeat cognitio & ipſarum legum, & modi, quo in executionem venire poſsint. *Trid.ſeſs.25.de Regul. c.8. & c.In ſingulis De ſtatu mon. & c.Sicut olim De accuſat.*

*l* *Clau.Aqu. inſtr.4.§.3. Societ. Ieſu, Congreg.6. decr.36.§.2. 3.5.6.7. & in rat. ſtud. reg.18.Rect.*

587 Iuſta iuſtè, fortia fortiter, tēperata temperatè agenda eſſe. Id enim eſt agere ſecundum virtutem, & cum prudentia. *Ariſt. 2.Ethic.4.*

588 Caueto ne malè agendi exemplo rectas aliorum actiones corrumpas. Nam alienorum etiã peccatorum eris reus. *Chriſtus Matt.18.7.*



Digitized by Google

589 n Curato, vt rectè agendi exemplo alios ad rectè agendū excites. Ita enim alienę virtutis auctor eris. *Chriſtus Mat.* 5:16.

n *S. Ign. p.* 3. *c.* 1. *§.* 19. *&* *p.* 7. *c.* 4. *§.* 2. *& p.* 8. *c.* 1. *lit. D. & p.* 9. *c.* 2. *§.* 2.

590 Caueto, ne non recipias leges iuſtas. Eſſet enim contra obedientiam, quæ debetur Rectoribus. 25. *q.* 2. *c.* 18.

591 Quæ à iure cōmuni exorbitant, ad conſequentiā ne trahito, nec ampliato. Periculum enim eſt, ne à iure diſcedas. *c. Quæ à iure l.* 6. *de reg. iur.*

592 Leges illas merè humanas, quæ vſu receptæ non ſunt, obligationem obſeruantiæ non inducere. Poteſt enim lex humana à conſuetudine aboleri. & obtinet conſuetudo vim legis; quatenus per eos toleratur, ad quos pertinet multitudini legem imponere: ex hoc enim ipſo videntur approbare, quod conſuetudo introduxit. *S. Th.* 1. 2. *q.* 97. *a.* 3.

593 Exigendarum pœnarum modus eſto, quem boni communis vtilitas, & charitas præſcripſerit. Habenda enim eſt ratio tum boni communis, tum etiam particularis eius, qui puniendus eſt. *S. Ign. p.* 3. *c.* 1. *§.* 15.

594 Exigendarum pœnarum modus

modus eſto, quem præſcribunt leges. Eſt enim lex agendorum regula. *Diſt. 50. c. 63. 64. 65. 66. 67. & 33. q. 3. de Pœnit. d. 1. vid. Canones Pœnitentiales, & Apoſtolorum.*

595 *o* Non decere Principem manibus ſuis quenquam cædere. Eſt enim à maieſtate alienum. *Concil. Agath. d. 86. c. 25. & Can. Apoſt. 26.*

o *S. Ign. p. 9. c. 4. §. 7. & litt.* C.

596 *p* Omnis executionis in regimine politico ſuperintendẽtia penes ſummum Rectorẽ eſto. Ita ſe habet & Dei in mundo, & Chriſti regimen in Eccleſia. *Baſil. in Aſcet. c. 35. Leo* I. *epiſt. 84. c. 1. ad Anaſt.*

p *S. Ign. p. 4. c. 10. §. 2. 3. & p. 7. c. 1. §.*

597 *q* Eam eſſe Superiorum maiorum debere in regendo prudentiam, vt per immediatorum Rectorum cõſilium, ac operam, quantum fieri poteſt, ſubditos regant. Erit enim & immediatorũ in ſubditos auctoritas maior; & regimen magis liberum ab errore. *16. q. 1. à c. 33. & 17. q. 4. c. 32. 33.*

q *S. Ign. p. 9. c. 6. §. 5. 6.*

r *S. Ign. p. 7. c. 3. §. 2.*

s *De poteſtate Delegati vid. l. 6. de reſcriptis c. 11. De caſuũ reſeruat. vide Trid. ſeſſ. 14. de Pœnit. c. 7. et Extr. Et ſi dominici l. 5. de Pœnitent. & remiſſ. & Bull. Cœn.*

598 *r* Caueto ne te ad vllum miniſterium ingeras, à quo legitimè prohiberis. Eſſet enim inobedientia. *Decc. l. 5. tit. de cler. excomm. & c. miniſtrante.*

599 *s* Caueto ne te ad vllum agen-

agendum ingeras, ad quod tibi poteſtas non eſt. Erit enim actio illegitima, & inualida. Vt ſi vellet non Sacerdos à peccatis abſoluere, & non Epiſcopus ſacros Ordines conferre. *Diſt.68. 69. 71. & d.92.c.3.6.8. & d.93.c.13. 14.16. & d.95. & d.96. & 18.q.1. 2. & 26.q.6. & de conſecrat.d.4.5. & c. Quanto De conſuetudine. & c. Contingit De arbitris, & Decc.l.2. tit.1. de iudicijs. et tit.2. de foro competenti. et c. Theodoſius De ſtat.mon. & c. Si quis baptizauerit, & c. Ex litteris De cler.non ord.min. & c. Dilecta De exceſs. Prælat. & c. Noua quædam De pœnitent. & remiſs. & c. Generali* De *elect.l.6. & tit. de foro competenti l.6. & c. Quia nonnulli l.6. de immun. Eccl. & l.6. de pœnit. & remiſs. & c. Si* I*udex laicus l.6. de ſentent. excomm. & c. Non eſt ſine culpa l.6. de reg.iur. & c. Ea, quæ fiunt eo.tit. &* Clement*.l.1.tit.3. de elect. & l.2.tit.2. de foro compet. & c. Paſtoralis cura* De *ſent. & re iud. Trid.ſeſs.23. de Sacr.Ord.c.3. Leo* I. *ep.84.c.1. ad Anaſt.*

600 Caueto ne contra rationem rectas aliorum actiones impedias. Nam & ius lædis, & fis reus damni. *Paſchalis* II. *1.q.1. c.125.*



Digitized by Google

601 Ne ſe vnus in alterius officium ingerito. Ne ius alterius lædatur, aut regiminis ordo turbetur. *Iuſtinian. Imp. l.23. C. de teſtam.*

602 *t* Caueto ne te ad vllum agendum ingeras, quod tuo muneri, conditioniue congruum non eſt. Non enim decet. *Vide Decr. l.1. tit. de procurat. tit.37. de poſtulando. & tit.39. de ſyndico. & l.3. tit.50. ne cler. vel mon. et c. Cum ex iniuncto De Hæreticis.*

603 *u* Sunto Inſtructores agẽdorum. Fieri enim difficile poteſt, vt quis rectè agat, niſi à prudente aliquo de ijs, quæ agenda ſunt, deque ratione rectè agendi, inſtituatur. *S. Bonau. de ſex alis Seraph. c.1.2.*

604 *x* Eccleſiaſticorũ rituum actiones, quanta fieri poteſt maxima grauitate, diligentia, deuotione peragito. Valet enim is diuinus cultus ad permouendum animos, & ad excitandũ ad conſiderationem, & æſtimationem diuinorum. *Vid. Libb. Ritt. Eccl.*

605 *y* Leges, canones, inſtructiones, *z* obligationeſque tui muneris, legito frequenter. Ni feceris, peccabis in multis; nec excuſaberis ignorantia. *Supra*

t *S. Bonau. de ſex alis Ser. c.7.*

u *S. Ign. p.7. c.1. §.20. & p.4. c.8.*

x *S. Car. Bor. in vita l.8. c.4.*

y *Vide quæ citãtur in toto hoc opuſc.*

z *Obligationes Clericorum vide in inſtr. 14. de præparat. ad Miſs. c.2. & in lib. Pauli Squillant. de oblig. Cler.*



Digitized by Google

*def.*202. *&* *ſequentibus*.

a S.Ign.p.7. c.1. 606 *a* Non eſſe ſine Epiſcoporum licentia ſacrorum miniſtrorum munera obeunda. Ipſi enim Epiſcopi Principes ſunt in ſacris, ac primi Rectores. *Clem: Pap.* 16.*q*.1.*c*.41. *et Can.Apoſt*.38. *Carthag*.II.*c*.9.

607 Epiſcopi actiones hierarchicas eſſe: Benedicere, Conſecrare, Ordinibus initiare, Confirmationis Sacramentum miniſtrare. 26.*q*.6. *&* *de conſecrat.d*.5. *à c*.4. *vid.Bellar.de cler.l*.1.*c*.3.

608 In eam curam incumbito, vt quæcunque negotia, præſertim ad animarum auxilium ſpectantia; non vt tua, ſed vt Dei negotia peragas. Eris enim & diligentior, & prudentior, & fortior. *Ex Paulo* 2. *Cor*.5.20. *&* *Eph*.6.20.

609 In auxilium animarum incumbito, quantum per Rectorum obedientiam, & talenti facultatem licebit. Eſt enim diuinorum diuiniſsimum cooperari Deo in auxilium animarum. *S.Ign.p*.7.

610 Ne alijs curis diſtrahitor à miniſterijs auxilij animarum alienis, qui in auxilium incumbis animarum. Totũ enim homi-

nem

nem ea miniſteria requirunt. Quare coadiutorem aliquem aduoca: cuius ſit tui victus procuratio. *S.Ign.p.1.c.2.§.2.3.4.7.*

611 Vim ad iuuandas animas precibus à Deo impetrandam eſſe. Nam neque qui plantat, eſt aliquid, neque qui rigat; ſed qui incrementum dat Deus: qui eſt auctor ſalutis. *S.Ignat.p.7.c.4.§.3.4.& p.10.§.1.*

612 *b* Ab omni auaritiæ ſpecie cauento, qui in auxilium incumbunt animarum. Eſt enim auaritia, & eius ſpecies, magnũ eius actionis impedimentum. *Ambr.3.offic.9.* b *S.Ignat.p.10.§.5.*

613 Ab ambitione cauento, qui in auxilium incumbunt animarum. Corruptiua enim eſt ambitio tam præclaræ actionis. *S.Ignat.p.10.§.6.*

614 *c* Ad auxilium ſpirituale proximis impendendum, excitato tibi zelum animarum. Excitatur autem conſideratione boni iuſtis promiſsi, & æternæ pœnæ reprobis imponendæ, & amoris diuini erga homines, & Chriſti ſanguinis pro animarum ſalute profuſi; & opis diuinæ, quæ præſto eſt diligentibus operarijs; & æterni præmij, quod pro cha- c *Inſtruct.3.c.2.§.1.2.* S.*Ign.p.10.§.2.*

ritatis operibus præſtolamur. S.*Bonauent.de ſex al.*Seraph.c.3.

d S.*Ign.p.*9. c.2.§.7. *Vide S. Bon. de ſex alis* Seraph.c.7.

615 *d* Agito non remiſsè, non tardè, non cautè, non feſtinè, non exquiſitè nimium. Vitioſum enim eſt iſtud nimis, & actionibus valde noxium. *Ambr.de offic. per totum*.

e S.*Ign.p.*9. c.2.§.7.

616 *e* Ne agito timidè nimis, aut audacter nimis. Vtrouis enim modo egeris, plurima ſequentur incommoda. S.*Bonau. de ſex alis Seraph.c.*7.

f S.*Ign.p.*9. c.2.§.7.

617 *f* A præclarè cœptis ne deſiſtito; quod non lauderis, aut nō iuueris ab ijs, ad quos attinet. Deus enim in rectè agendis ſpectandus præcipuè, non homines. S.*Bonau.de ſex al.*Seraph.c.7.

618 Ne non agito, quia nemo iubet. Exigit enim à quolibet omnem (ſecundum cuiuſque vocationem, ac talētum) diligentiam, Dei ſeruitium, amor, & gloria. S.I*gnat.p.*7.*c.* 1.*§*.7.*&* *c.*3.

619 Caueto ne reſpectu proprij honoris, commodiue, agendum aliquod omittas, quod ſit ad gloriam Dei. Debes enim plus Deum diligere, quàm teipſum. S.*Bonau.de ſex al.Seraph.*

620 In eam ſemper diligentiam incumbendum; vt quoties

tibi

Digitized by Google

tibi aberrare à recta actione contigerit, ſtatim te ad rectitudinem reuoces pœnitentia. Vt peccatis non aſſueſcas: Vt ſine Dei gratia nunquam ſis: Vt diuinæ offenſæ ſatisfacias. *De Pęnit. d.3.*

621 Auocandi homines ab amore temporalium artem adhibeto, qui Chriſto lucrari plurimos aues. Non eſt enim amor in Chriſtum cum immoderata cupiditate temporalium. S. I*gnat. lib.exerc. De vexillis, ac trib. hom. claſs.*

622 *g* Præclarum firmandi in recta actione animi modum eſſe, Irrationabilibus motibus, Dei reuerentia, Chriſtiq; imitatione reſiſtere. Diuinæ enim Maieſtati, quæ præſens eſt ſemper, debetur hoc genus reuerentiæ, vt nihil coram ea turpe ſit. Verbi etiam diuini humanis actionibus ſanctiſsimis debetur ab hominibus imitatio. *Ambr.de Pęnit.d.3.c.37.*

g S.*Baſil. in Reg.breu.ſæpè.*

623 Caueto ne ſis in agendo non certus. Eris enim & tibi noxius, & alijs exoſus. & ages parum. S.*Bonau.de ſex al.Seraph.*

624 *h* Caueto ne in exercitiũ actionis vitijs contrariæ ita incumbas, vt cum vitijs velis ipſas natu-

h *Ex Ariſt. 3.Eth.c.7.et l.7.c.12.13.14.*



Digitized by Google

naturæ propenſiones corrũpere. Non enim natura, nec naturæ propenſiones malæ ſunt, ſed earum vitia. Non ſunt ergo virtutum actione tollendæ paſsiones animi, neque ſenſuum delectationes; ſed moderandę, & ad honeſtum finem dirigendæ. *Can. Apoſt.* 50. 52.

625 Paſsionibus animi, ſenſuumque delectationibus ita vtitor ad finem honeſtum ſecũdum naturam, vt ad vitæ conſeruationem: vt ijs interdum abſtineas ad finem præſtantiorem, vt ad imitandum Chriſti paſsionem, ad ſatisfaciendum diuinis offenſis, ad præcauendum peccandi pericula, ad exhibendum reuerentiam Deo. Non enim eſt tam nobilis agendi modus prætermittendus. *Praxis virorum ſanctorum.*

626 Sacramentalium vſus eſto frequens: vt Aquæ benedictæ, vt ſigni Crucis, vt ceræ ſacræ. Hac enim diligentia & curioſitati ſuperſtitioſæ medeberis; & malignos ſpiritus repelles; & adhibebis remedia corporis, animiq; periculis, & catholicum te eſſe profitebere. *Vſus Fidelium.*

i *S. Ignat. p.* 10. *§.* 12. 627 *i* Gratiarum, ac priuilegiorum vſus eſto moderatus. Ne

in

in odium, aut inuidiam incurras aliorum. Et vt ob eam modeſtiã alijs priuilegijs te dignũ reddas. *Vide Decc.de priuilegijs.*

628 Eſto ipſe primus in agẽdo, qui alios ad agendum vrget. Magis enim mouent exempla, quàm verba. *Baſil in Aſcet.c.*31.

629 Quorum actionum exercitium licitum non eſt, earum occaſiones vitandas eſſe. Operum enim occaſiones, inuitamenta ſunt operum. *c.Non magnopere Ne cler.vel mon.*

630 Curato, vt vitæ inſtitutum, quod ſemel ritè ſuſceperis, in illud toto animo ſis ſemper affectus. Si ſecus enim accidat, omnis vigor operum, ac decus, peribit. *Vide Claud.Aqu.Induſtr. c.*13.

631 Ab inutilium, ab externarum (cum non oportet) internarumque tribulationum cogitatione caueto, quantum poteris. Molitiones enim corrumpũt operum illæ cogitationes. *S.Ign. l.exerc. RR.prim. de diſcern. ſpir. rr.*6.7.8.

632 Illud tibi ſuadeto, non poſſe te in rectis actionibus non deficere, ac peccare, ſine diuina gratia. k Primum ergo ſtudium

k *S.Ignat.l. exercit. in* 1. *hebdom.*

eſto

eſto diuinæ gratiæ procurandæ, atque conſeruandæ. Eris autem efficax ad diuinam gratiam procurandam, retinendam, recuperandam; ſi coram Deo inueniaris non altum ſapere, ſed timere. *Bern.ſerm.*54.*in Cant.*

633 Sanctorum cum Chriſto regnantium preces, & Angelorum auxilium aduocato. Statuit enim Deus his medijs vtendum eſſe ad plurimarum actionum executionem. S.*Bonau.de ſex alis Ser. c.*8. *PP.apud Bellar. de Sanct. beatitud.l.*1.*c.*19.

*l* S.*Ignat.ex. c.*4.*§.*44.

634 *l* Illud ſibi quiſque proponito, qui Chriſtianam Religionem profitetur, de agẽdorum ratione, ac modo, Doctorem nó eſſe poſſe doctiorem, ac prudentiorem Chriſto. Eſt enim Chriſtus Ieſus verus Deus, ſumma bonitas, ac ſapientia: qui neque falli poteſt, neque fallere. Chriſtus igitur in omnibus agẽdis audiendus, ac imitandus. Contraria exempla, doctrinæq; fugienda. Magnum Chriſtiano viro dedecus audire illa; multoq; maius imitari. S.*Baſilius in Aſcet. & Reg.breu.ſæpè*.

635 Illud ſibi quiſque perſuadeto in agendis arduis, agen-

do

do difficultatem minui. Ne ergo vſum fugito, ac executionem arduorum rectorum. Agẽdo enim, habitus inducuntur, qui facilitatem tribuunt ad agendum. S.*Bon.* *de ſex alis* Seraph.*c.7.*

636 Curato diligentiſsimè, vt in quoque agendo, coram perito aliquo exerceare ad rectè agendum: Plus enim aliorum obſeruatio, & monita, quàm noſtra conſideratio, valent ad noſtras actiones corrigendas. S.I*gnat.ex.* *c.4.à* *§.9.&* *c.5.§.7.*

637 *m* Ita in recta agenda incumbito, ac ſi tibi ſit eodem die moriendum. Eris enim in agendo diligens: & moriere ſecurior. *De Pœnit.d.7.*

638 *n* Efficaciſsimum ad omnem rectam actionem medium eſſe, coniunctionem, ac familiaritatem cum Deo. A Deo enim eſt omnis vis ad rectè agendum. *S.*I*gn.l.exer.Ann.*20.

639 *o* Omne vitium contraria virtutis habitum, quo vitium fugatur. *De pœnit. d.2.c.1. ex Baſil.* *&* *c.13.ex Aug.*

640 *p* Caueto ne in vllo agendo præferas alijs animum perturbatum. Signa enim perturbati animi actionum apud alios æſtimationem

m *Caſſianus* *coll.*16.*c.6.* S. *Bonau. de* *ſex al.*Seraph. *c.8.*

n S.C*ar.Bor.* *vit l.8.c.5.* S. I*gnat.p.9.* *c.2.* *§. 1. &* *p.10.§.2.*

o S. *Ambroſ.* *3.offic.10.* S.I*gnat.p.3.* *c.1.§.13.* S. *Baſilius in* *Aſcet.c.51.* *Ariſt. 2.Eth.* *c.vlt.*

p S.I*gn.p.9.* *c.2.§.3.*

tionem maximè minuunt. Curato igitur ne te vel iratum, vel ſiue commodorum, ſiue delectationum, ſiue honoris cupidũ oſtendas. Multoq; magis eſto ſtudioſus, vt ne ſis. *Baſil. in Aſcet. c.* 50.

641 Peccati pœnitentiam, rectæque vitæ propoſitum charitatis actione firmari. Fortiſsima enim eſt ad reſiſtendum dilectio. *De Pęnit. d.* 2. *à c.* 2.

642 In verarum, ac ſolidarum virtutum actionem incumbito. Nihil enim boni habet vana virtutum ſpecies. *S. Ign. p.* 3. *S.* 10. *&* *p.* 10. §. 2.

q S. Ignat. p. 10. §. 2.

643 *q* Ex actione charitatis cæterarum virtutũ actiones propagari. Omnis enim actionis radix, ac principium eſt amor. *De Pęnit. d.* 2. *c.* 13. *&* *ſeqq.*

644 Charitatis actionem Dei timore inducendam eſſe. Timet enim amici offenſam qui amat. *De Pęnit. d.* 2. *c.* 17. *ex Aug.*

r S. Ign. p. 3. c. 1. §. 10. *&* *l. exerc. Ann.* 11. 12. 13. 14. 18. *&* *in regulis de diſcer. ſpir.*

645 *r* Ab illuſionibus dæmonis in ſpiritualibus exercitationibus caueto. Nam ijs corrumpi rectæ actiones ſolent. *Caſſian. coll.* 16. *c.* 11.

s *Clau. Aqu. lib. Induſtr. c.* 4.

646 *s* Si languore contigerit, & debilitate in ſpiritu, ac virtutibus laborare; animo excitantia

reme-

remedia applicato. Excitãdi enim ſunt qui graui ſopore opprimuntur. Æterni autem damni timore maximè animus excitatur. *Bern. in Cant. ſer.*23.63.

647 *t* Vt in via ſpirituali progrediare, in illius partis oppoſitum tendito, in quam à diabolo pertraheris. Vitatis enim vtriuſque partis periculis, via media tutus eris. *Ex Ariſt.*2.*Eth.c.vlt.*

t *S.Ignat. in lib exercit.de ſcrup.*§.5.

648 Loquendi modo ſentiendi modum iuuato. Vt ſi velis intimè ſentire eſſe te verè mancipium diuinæ gloriæ; mancipium te diuinæ gloriæ identidem inter loquendum nomina, quantum prudens agendi modus tulerit. Si velis omnem carnis affectum erga ſanguine iunctos exuere, qui inter Regulares Chriſto nomen dediſti; aſſueſce non dicere, quod parentes, vel fratres habeas, ſed quod habebas, &c. præferendo te id non habere, quod, vt Chriſtum omnium rerũ loco habeas, reliquiſti. *S.Ign.ex.c.*4.§.7.*lit.C.*

649 Reſcriptis illegitimis, ne vtitor. Nullum enim per ea ius acquiſiſti. *Vid.l.*6.*tit.*3.*de reſcriptis.*

650 Reſcriptis vtitor, vt iura diſponunt vtendum. Nam non niſi ſecũdum eam diſpoſitionem

ſunt

Digitized by Google

ſunt valida. *Vid.l.3.tit.3.de reſcrip.*

651 Imputari non debere ei, per quem non ſtat, ſi non faciat, quod per eum fuerat faciendum. *c.Imputari l.6. de reg iur.*

652 Actus legitimos neque conditionem recipere, neque dię̃. *c.Actus legitimi l. 6. de reg.iur.*

653 Non præſtare impedimẽtum, quod de iure non ſortitur effectũ. *c.Non præſtat l.6.de reg.iur.*

654 Qui facit per alium, eſſe perinde ac ſi faciat per ſeipſum. *c. Qui facit l. 6. de reg.iur. & Gloſ. ibid.*

655 Factũ legitimè, retractari non debere: licet caſus poſtea eueniat, in quo nõ potuiſſet illud inchoari. *c.Factum l.6.de reg.iur. vid. Gloſ.ibid.*

656 Quod alicui gratioſè conceditur, trahi non debere ab alijs in exemplum. *c.Quod alicui l.6.de reg.iur.*

657 Fruſtra ſibi quempiam fidem poſtulare ab eo ſeruari, cui fidem à ſe præſtitam ſeruare recuſat. *c.Fruſtra l.6.de reg.iur.*

658 Rationi congruum, vt ſuccedat in onere, qui ſubſtituitur in honore. *c. Rationi l.6. de reg.iur.*

659 In argumentum trahi non debe-

Digitized by Google

debere, quæ propter neceſsitatẽ aliquando conceſſa ſunt. *c. In argumentum l. 6. de reg. iur.*

660 *u* Caueto ne, quæ ad ſpiritum attinent, agas tepidè. Solet enim is tepor Deo vomitum prouocare. *Vid. Caſſian. coll. 4. de concupiſc. carn. c. 19. & l. 4. de inſtit. renunc. c. 34. Bern. ſerm. 3. & 6. de Aſcen.*

u *Claud. Aq. Induſt. c. 11.*

661 Eſſe quotidie animum externarum actionum cura deficientem, interno ſacræ lectionis, ac meditationis cibo reſtaurandũ. Nam ex diuinorum cognitione, ac amore, vires accipit animus: quas, diſtrahit externarum occupationum ſolicitudo. *Greg. 2. Paſt. c. 11.*

662 Illud tibi ſuadeto, præſertim ſi prædicandi verbi Dei, aut regendi alios tibi cura ſit; æquè ſilẽtium, ac verbum, eſſe noxium poſſe. Si aut tacenda proferas, aut proferẽda reticeſcas. *Greg. 2. Paſt. c. 4.*

663 Internorum curam in exteriorum occupatione ne minuito: exteriorum prouidentiam in internorum occupatione ne relinquito. Ne aut exterioribus deditus, ab intimis corruas: aut ſolis interioribus occupatus, quæ foris

debes

Digitized by Google

debes alijs, non impendas. *Greg. 2.Paſt.c.7.*

664. Caueto ne præcipitatam actionem, velocitatis efficaciam; atque agendi tarditatem, grauitatis conſilium putes. Nam quod agi rectè, ac grauiter poteſt; immaturè præueniendo, fit leue: & bonæ actionis præſtantia, differēdo deterior fit. *Greg. 2.Paſt.c.9.*

665 Eſſe interdum ſubiectorū vitia diſsimulanda: ſed quia diſsimulantur, indicandum. Vt peccans, deprehenſum ſe cognoſcēs, erubeſcat: & ipſe in ſe puniat, quod videt à ſuo Rectore patienter tolerari. *Greg. 2.Paſt.c.10.*

666 Eſſe interdum etiā apertè cognita toleranda; interdum etiā occulta perſcrutanda. Nam ſæpè contingit medicamenta accelerata occidere; ſæpè morbum ignoratum mortem afferre. *Gregorius 2.Paſt.c.10.*

667 Eſſe interdum leniter arguendum, interdum vehementius increpandum. Non enim eadem eſt omnium ad vitiorum medicinas diſpoſitio. *Greg. 2.Paſt.c.10.*

668 x Non eandem cunctis exhortationem congruere. Nam non eadem in omnibus morum qualitas eſt. Quare ſæpè alijs officiunt,

x *Vide praxim egregiā apud Gregor. 3.Paſtor. per totum. Poterit ſibi eā quiſque formare ex doctrina de virtutibus, et vitijs: de qua in hoc opuſc. & Par. 1.à diſt. 6.*

ciunt, quæ alijs proſunt. *Gregor.* 3.*Paſt.*

*669* Videto qua ratione verba temperes, cum vna exhortatione dicendum eſt ad plures diuerſis paſsionibus laborantes. ne dum vni proderis, alteri noceas. Nam quæ ſolent in timidis timorem fræнare, excitãt in audacibus immoderatã audaciam. & quę effręnem audaciam cohibent, ingerere ſolent timidis immoderatum timorem. *Greg.* 3.*Paſt.c.*2.

*670* Videto qua ratione verba temperes, cum quis tibi exhortandus eſt, cuius animus contrarijs vitijs eſt obnoxius. ne dum vnum vitium reprimitur, alterum augeſcat. Vt ſolet corporibus malè affectis accidere, cum medicamentum, quod adhibetur, arte medicinæ non temperatur. *Greg.* 3.*Paſt.c.*3.

*671* Cum duobus vitijs animus premitur, illi celerius ſubuenito, per quod citius ad interitum tenditur. Vt ſi periculum ſit & luxuriæ, & inanis gloriæ: pro fræнanda luxuria abſtinentiæ medicamentum ne omittito, etiam ſi ex abſtinentia inanis gloriæ periculum inſtet. *Greg.* 3.*Paſt.c.*4.

*672* A vanis, quas caro ſuggerit,

rit, imaginationibus caueto. Ne timore inani morborum, & incõmodorum, præclaras in te actiones corrumpas. *Claudius Aquau. Induſtr.c.12.*

673 Ab otioſis & verbis, & cogitationibus caueto. Turpe enim eſt agẽs nobiliſsimum, qualis eſt homo, non omnem actum ſuum ad finem honeſtum dirigere. *S.Baſil.Reg.br.9.*

674 In eam curam incumbito, vt rectè agẽdi deſiderium in alijs excites magis exemplo, quã verbo. Maiorem enim ad mouẽdum efficacitatem habent exempla, quàm verba. *Greg.3.Paſt.c.6.*

675 Aſſueſcito, ſi ſis adoleſcẽs, cum ſenioribus agere. Nam vt æqualium vſus dulcior, ita ſenum tutior eſt; qui magiſterio quodã, & ductu vitæ colorat mores adoleſcentium, & veluti murice probitatis inficit. *Ambr.1.offic.42. & lib.2.c.20.*

676 In eam curam incumbito, vt æquabilitatem vniuerſæ vitæ, & ſingularum actionum modos ſerues; ordinem quoque & conſtãtiam dictorum, atque operum, moderationemque cuſtodias; & ſermone vtare ſuaui cũ omnibus. Ita enim in tua vita decorum

illud

illud excellet, & quaſi quodam in ſpeculo elucebit: quod ſpeciem quandam diuinam habet. *Ambr.* 1.*off*.c.47.

677 Caueto ne quid temerè, aut incurioſè agas, aut quicquam omnino, cuius probabilem non poſsis rationem reddere. Actus enim noſtri cauſa, etſi non omnibus redditur, tamen ab omnibus examinatur. *Ambr.* 1.*offic*.c.47.

678 Rector es aliorum? Ita vigilato, quaſi rationem Deo redditurus de ſingulis tuę curæ commiſsis. Ne alienorum criminum, & boni communis reus inueniare. *Baſilius in Aſcet*.c.30.

679 *y* In eam curam incumbito, vt quicquid egeris ex aliorum potius imperio ſit, quàm ex tuo. Eris enim magis certus te rectè agere. Nam periculoſa res eſt propria voluntas. *Inſtit*.*l*.1.*de Attil.tutore* §.*Impuberes & diſt*.38. c.4. *Conc.Laodic.d*.80.c.5. *&* q.93. *&* *Can.Apoſt*.33. *&* *l*.6. *de exceſs. Præl. & Extr.Quorundam De verb. ſignif. & Extr. Ad noſtrum l*.3. *de Regular.*

*y* S.*Baſil. in Aſcet*.c.41. *et in Reg.br.* q.74.96. S.*Ignat.exa.* c.5.§.7. *&* p.4.c.4.§.3. *& litt.B. &* p.4.c.5.§.1. *et* p.7.c.1. *&* c.2.*litt.A. &* c.3.*litt.A.*

680 Rectorum præceptis parendum eſſe. Ius enim Rectores habent in eos, quos regunt. *Gelaſ. d*.10.c.11.*et* 11.q.3.*à* c.40.*&* c.99.

*&*

& 23.*q*.1.*c*.7.& 25.*q*.1.*c*.5. *Baſil. in Reg.breu.q*.119.& *ſeqq.*

z S.*Ign.p*.4. *c*.10.§.8. & *p*.8.*c*.1.§.4.

681 z Obedientiã à Rectoribus inferioribus ſuperioribus ſuis Rectoribus eſſe præſtandam. Id enim exigit ordo rectus.9.*q*.3. & Can.*Apoſt*.38. *Leo* I. *ep*.84.*c*.1. *Ad Anaſt.*

a S.*Car.Bor. vit.l*.8.*c*.3. S.I*gnat.p*.3. *c*.1.§.23.& *p*.6.*c*.1.§.1.

682 *a* Rectorum præceptis,ac legibus,non ſolum opere,ſed voluntatis etiam ſtudio parendum eſſe. Imperfecta enim eſt executio, quæ agitur animo inuito. *Baſil.in Aſcet.c*.28,29.

b S.*Car.Bor. ſupra.* S.I*gnat.p*.3. *c*.1.§.23.& *p*.6.*c*.1.§.1.

683 *b* Rectorum præceptis,ac legibus, nõ ſolum voluntatis ſtudio, ſed intellectus etiã obſequio parendum eſſe. Fieri enim non poteſt vt executio ſit perſeuerãs, ac fortis; ſi contra quam ſuperior iubet,agendum arbitreris. Conformanda igitur eſt non ſolum voluntas cum Rectoris voluntate, ſed ipſe quoque intellectus cum ratione iubentis. *Baſilius in Aſcet.c*.28.29.

684 Motus animi, cogitationesve, quæ Rectorum præceptis in contrarium occurrunt, ipſi ſuperiori proponere; licitũ. Modo tuum ſentire, tuumque velle, ei ſubijcias, quod ſuperior ſenſerit, ac voluerit. *S.*I*gn.p*.7.*c*.2.*litt*.I.

685 Sunto tibi non ſolū præcepta, ſed nutus ipſi Rectoris pro præceptis. Hoc enim executionis genus perfectiſsimum eſt. *S.Ignat.p.6.c.1.§.1,*

686 c Nihil agito, niſi iuxta regulas, ac præcepta maiorum. Ab his enim accipienda prudentia eſt. *Diſt.38.c.4.*

c *Baſilius in Reg.breu. q.* 125.

687 Ab executione præceptorum omnis excuſatio procul abeſto. Excuſationes enim, ideſt, ſimulatæ ad non parēdum rationes, ſigna ſunt animi non amantis. *S.Ign.p.3.c.1.§.23.*

688 In quouis legitimo ſuperiore Chriſtum intuetor. Excellentis enim obediētiæ genus eſt, quæ pro Chriſto præſtatur homini, vt Chriſto ipſi. *S.Ignat.ex. c.4.* d *§.29. & p.3.c.1.§.23.24. & p.6.c.1.§.1.*

689 Promptitudinem animi oſtendendā eſſe in iniunctis operibus obeūdis. Prōptitudo enim ſignum amantis eſt. Conciliat igitur amorem Rectoris in ſubditum. *S.Ignat.p.3.c.1.§.23.*

690 d Indifferentem eſſe debere ſubditum ad quoduis mandatum, ac munus à ſuperiore imponendum. Ita enim & obedientiæ virtus, & commune

d *S.Ignat.in ex.c.1.§.5. 11. & c.5. §.8. & c.6. §.3. & c.7. §.3. & c.8. §.1.2.et p.3. c.1.§.23. & c.2.§.1. & lit.G. & p.6, c.1.§.1. & p.7.c.2.§.2,*

bonum procedet. *Ratio.*

691 Decreta Summorũ Pontificum omnia eſſe ab omnibus recipienda, eiſque parendum. Sunt enim ipſi Rectores, Paſtoreſque ſummi. *PP. Leo, Gelaſius, Nicolaus, alij d.19. & 20 per totum. & d.38. c.4. & d.93. c.1. & ſeq. Alij apud Bellar. de Rom. Pontif. l.1. à c.10.*

e *S.Thom. de regim. Princ. l.1. c.6.*

692 e Rectoribus, non ſolum ſpiritualibus, ſed etiam temporalibus, ac etiam diſcolis, parendum eſſe in ijs, ſecũdum quæ tibi poſſunt præcipere. Omnis enim poteſtas à Deo eſt. *Aug. c. Quo iure d. 8. & c.* Imperatores *diſt.9. Greg. 23. q.1. c. vlt. Hier. 23. q.5. c.24.25. S.Thom. 3. de regim. Princ. cap.1. & ſeqq.*

f *S.Ignat. ex. c.4. §.33. & p.3. c.1. §.15.*

693 *f* Curato, vt in ipſis quoque pœnis ſubeundis obediens ſis. Vt tuas in Deum iniurias vlciſcare. *Baſil. in Aſcet. c.52. & in reg. breu. q.158.*

g *S.Ign. p.3. c.1. §.23. & p.6. c.1. §.1. & lit. B.*

694 *g* Non eſſe vlli Rectori parendum in eo, quod manifeſtè apparet peccatum. Non enim eſt verum præceptum, quod contra Dei præceptum eſt. *Aug. c. Imperatores d.9. & 11. q.3. à c.91. & c. Dilectus filius De exceſs. Prælat. S.Baſil. in reg. breu. q.14.*

695

695 Cum duo ſimul præcepta ſeruari non poſſunt: præferendũ ſemper eſſe minori maius. Minus enim bonum, quod maius aufert bonum, rationem habet mali. Quare rectè omittitur præceptũ de ieiunando, vt vita conſeruetur: & præceptum de non tacendo vllum in Confeſsione ſacramentali peccatum, ne ſcandalum accidat. Maiora enim præcepta ſunt, quæ de vita conſeruanda, & de vitando ſcandalo ſunt. *Diſt.* 10. *per totam. Tolet.* VIII. *d.* 13. *c.* 1. *Greg. ibid. can.* 2. *& c. Qui ſcandalizauerit. & c. Quod non eſt De reg. iuris.*

696 *h* Conſuetudinem pro lege habeto: niſi tamen abuſus illa ſit, non conſuetudo. Quod enim eſt in more poſitum rectæ rationi conforme; multitudinis decretum eſt, ac proinde lex. Quod autem rectæ rationi conforme non eſt, abuſus eſt. *Nicolaus Papa; Auguſtinus, Gregorius, Cyprianus diſt.* 8. *per totum. & diſt.* 9. *c.* 11. *& diſt.* 11. *per totam. & d.* 12. *per totam. & tit. de conſuetudine per totum. & Extr. Super gentes l.* 1. *de conſuet.*

h *l. De quibus* §. *Inueterata ff. de legibus. l. Si de interpretatione ff de legibus.*

*De conſuetudinis ratione ac iure vide l.* 6. *tit.* 4.

697 Quod neque contra Fidem, neque contra bonos mores iniungitur, indifferenter habeto;

& pro eorum,inter quos viuitur, ſocietate ſeruato. Ita enim decet fieri. *Aug.d.12.can.11. vid.tit.de conſuetudine. Pius* I. *de conſuetud. ſeru.*

698 Abuſus abolito,præſertim ab executione ſacrorum. Sunt enim bonorũ morum corruptelę. *Trid.ſeſs.22.de obſer.in ſacrif.Miſſ. & ſeſs.25.de* I*ndulg.et alibi. Hilar. Pap.35.q.9. c.3. & c.Ex parte De conſuetudine, & c.Cum tanto eo.tit. et c.Ea quæ De ſtatu mon.et c.Quod latenter De reg.iur.*

699 Minorum Congregationum, cœtuumque in agendis, moribuſque, regulam eſſe debere, Maiorum,ſibique ſuperiorum Congregationum mores, & inſtituta. Ita enim decet, ad vnionis conſeruationem. *Toletan.* II. *d.12.c.13.*

700 Iuſtas leges contraria conſuetudine non abrogari: *i* niſi conſuetudo quoque iuſta ſit, & eius auctoritate,tacitè ſaltem firmata, cuius eſt leges condere. Non enim eſt lex, quæ iuſta non eſt; aut legitimam non habet auctoritatem ad obligandum. *Trid. ſeſs.25.de* I*ndulgent. & diſt.11.per totam. & d.12.c.3. & tit. de conſuetudine per totum. & c.Maſſana Eccleſ.*

i *l.De quibus §.Quam receßiſſimè ff.de legibus.*

Digitized by Google

*Ecclеſ. 56. de elect.*

701 k Aut legem ne ſancito, aut ab executione neminem excipito. Odij enim, inuidię, inobedientiæ cauſa exceptiones ſunt. *Trid. ſeſs. 25. de Reform. c. 18. Iſid. c. Iuſtum eſt. d. 9.*

k *Vlpian. l. Iura 7. ff. de legibus.*

702 A pœna ſubeunda neminem excipito, niſi quos excipit ipſa lex. Neceſſarium enim erit multos excipere, ne multorum odium in te concites. exceptionum autem harum ſpes, légum minuit obſeruantiam. *Trid. ſeſs. 25. de Refor. c. 3.*

703 Pœnas iuſtè ſemel iniunctas ne facile, neç niſi facta ſatiſfactione, reuocato. vt quiſque peccare formidet. *Diſt. 50.*

704 In lege ne diſpenſato, niſi ius ad diſpenſandum habeas, & iuſtam cauſam. Quæ enim diſpēſatio hæc duo non habet, iuſta diſpenſatio non eſt. *Trid. ſeſs. 22. de Refor. c. 5. & ſeſs. 25. de Reform. c. 18. & c. Cum ad monaſterium De ſtatu monach.*

705 Concedendas diſpenſationes non eſſe; niſi certum ſit preces, ſubreptionis, vel obreptionis vitio non ſubiacere. Nam cauendum eſt ab omni dolo. *Trid. ſeſs. 22. de Reform. cc. 5. 6. &*

*ſeſs.25.de Reform.c.18. Pius V. in bull.Cum ſicut accepimus.et 25.q.2. à c.14. vid.tit.de reſcript & c.Quia circa De conſang. & affin.*

l *Ariſt. 5. Eth.c.10.*

706 *l* Vtendum eſſe interdum Epijceia. Multa enim à Rectoribus præcipiuntur; quæ ex cauſa, ex perſona, ex loco, ex tempore conſideranda ſunt. *Diſt.29. c.1.2.c.Ex parte tua De offic.& pot. Iud.deleg.*

m *Summa Ethic. d.3. q.2.prop.7. S.Th.2.2. q.120.*

707 *m* Epijceia ne vtitor: niſi clarum tibi ſit intentionem legislatoris eſſe,vt vtare. Nam per epijceiam fit contra verba legis in caſibus particularibus, quibus in condendis legibus non potuit à legislatoribus prouideri. Non licet ergo epyceia vti, niſi in ijs caſibus, in quibus clarè conijcis voluiſſe legislatorem prouidere, ſi præuidiſſet: aut prouidere omiſiſſe, quod à particularium prouidentia prouideri facilè poſſet. *Trident.ſeſs.25.de Refor.c.18. Vrban.*II. 1.*q.5.c.3.*

708 Cum æquum eſſe non videtur Superioris mandatũ non adimplere: Superiori ſuggerito quare non adimpleas. Debetur enim Superioris mãdato hoc reuerentiæ genus. I*nnoc.* III. *de reſcriptis c.5.*

709

709 In malis corrigendis, pœniſque exigēdis modum ſpes vtilitatis præſcribito. Bonum enim ſpectant correctiones, ac pœnæ. 23.q.4.c.24.25.26.

710 *n* Pro executione miniſtros eligito, quot neceſſarij sūt, diligētes, ac ſatis inſtructos. Rectoris enim culpa eſt quicquid omittitur, cum tales ipſe miniſtros non elegerit. *Trid. ſeſs.7. de Refor. cc.3.15.*

n *Rob. Bell. in vita c.26. S. Ignat. p.4. c.17.*

711 Ne Rector in ſuorum miniſtrorum munera ſeſe ingerito. Niſi enim miniſtri ſinantur à Rectore agere munus ſuū; miniſteriorum executio frigeſcet. *S. Ign. p.9. c.6. §.5.6.*

712 In eam curam à Principibus incumbendum, vt nemo ſit, qui per ſe ipſe non exequatur, quę ſpectant ad officium, cui fuerit addictus. Nam, ſi ſecus fiat, publicis muneribus, cum Reip. detrimento, non fiet ſatis. *Trid. ſeſs.22. de Refor. c.4. et ſeſs.23. c.17. & ſeſs.24. c.12. & c. Extirpanda De præbendis.*

713 Cogito mēbra, ſenſumq; ſeruire rationi, vt Rector ſubditos cogeres inobedientes ad obſequium legum. Par enim eſt ſecundum hoc ratio in ethico, po-

 litico-

liticoque regimine. *Exper.*

714 Non eſſe mentem cogitationibus triſtibus occupãdam; cum non oportet. Triſtes enim cogitationes impediunt vſum operum. Auertenda igitur mens eſt à triſtibus cogitationibus, quę neque neceſſariæ, neque vtiles ſunt. *Ex exper.*

715 Auertẽdum eſſe animum à delectationibus ſenſuum; niſi quatenus neceſſariæ ſunt ad honeſtam relaxationem. Sunt enim delectationes ſenſuum vehementes, totum animum occupantes, ac proinde impedientes executionẽ vtilium. *Praxis prudentum.*

716 A Principibus, viriſque alijs opem ad operum executionem eſſe petẽdam, cum opus eſt. Vnus enim non poteſt omnia. *Trid. ſeſs. 23. de Refor. c. 18. et d. 90. c. 11. & d. 97. c. 1. & 23. q. 3. & Decc. 31. c. 1.*

717 Eccleſiaſtici Principes ſęcularium Principum opera, & hi inuicem eccleſiaſticorum Principum opera vtuntor; vt vtrorũque regimen procedat. Nam aliqui magis gladio ſæculari, aliqui magis eccleſiaſticis cenſuris terrentur à male agẽdo. & virtus vnita fortior. *Trid. ſeſs. 23. de Refor. c. 18.*

&

*& ſeſs.25. de Regular.c.22. Nicolaus* I. *d.*10.*c.*8. *& d.* 96.*c.*6. *& Boniſ.Pap.d.*97.*c.*1.2.*&* 23.*q.*3.*& q.*4. *à c.*38. *& q.*5.*c.*21.22.23.26. *& q.*8.

718 *o* Ne ſolus, ſi Rector es, munerum executionem obito. Si enim aliorum opera non vtare, videberis aut alios contemnere, aut malam de eorum prudentia opinionem habere, aut amaro animo in illos eſſe. *Trid. ſeſs.*23. *de Refor.c.*18. o *Ambroſ.* 2.*offic.*24.

719 Caueto ne in actionum executione dubius ſis, ac perplexus. Peccabis enim, ſi ages dubius, quatenus errandi te periculo exponis. Peccabis autem nunquam, ſi ducem ſequare rationem rectam. Recta autem ratio nos docet, in ſubitis caſibus, cum ineundi conſilij tempus non eſt, nec occurrit regula vlla à viris prudentibus nobis tradita; & in dubijs, deponendã eſſe conſcientiam, & alterutram partem eligendam, ac exequendam. Quo enim alio modo agere poſſumus, vt ne cũ dubio agamus, ne peccemus? nam vrget neceſsitas vt alterutrũ agamus. *ff.de reg.iur.l.*21. *& l.*57. *& l.*68.

720 Ne facilis eſto in impro-

bandis, aut diſſuadendis, aut repellendis operibus pijs aliorum, ob humanas rationes. Occulta enim nobis ſunt diuina conſilia; & incertæ cogitationes noſtræ. Sæpè in magnum boni communis emolumentum fuere opera quædam pietatis, quæ viri prudentiſſimi reiecerant. Ne tantæ omiſsionis reus eſſe velis. *Ambr. 2.offic.24.*

p *Bellarm.in vita c.26.*

721 *p* Non eſſe in ſibi ſubiectis peccata grauia à Principibus toleranda. Maculant enim honeſtatem publicam; & corrumpunt actionem bonorum operum, vt peſtis ſanitatē multitudinis. *Trid. ſeſs.24.de Reform.c.8. & ſeſs.25.de Refor.c.14. & diſt.50.*

q *Bellarm.in vita c.30. S.Ignat.p.2. c.1.§.2. & c.4.§.1.*

722 *q* Non eſſe à Principibus, Rectoribuſque maioribus admittendos ſine graui cauſa recurſus inferiorum à præceptis, & obedientia ſuorum Superiorum immediatorum, ad ipſos Principes, Superioreſque maiores. Hi enim non rationabiles recurſus executionem obedientiæ corrumpunt. *11.q.2. & 17.q.4.c.31. & ſeqq. & Can.Apoſt.31. & diſt.31.c.3.6.8.9.*

r *De renunciatione.vide Clement.l.1. tit.4.*

723 *r* Eſſe munus deponendū ab ijs, qui ſe impares müneri certa experientia deprehenderint.

Ma-

Digitized by Google

Maxima enim ſemper attulit rebus publicis detrimenta regimen ineptorum. Maximè igitur peccas, ſi pergis ineptus regere. c. *Niſi illa pridem* 10. *de renunciat.*

724 Eſſe à regendi munere deponendos eos, qui vel impares eſſe regimini deprehendũtur, vel maximè negligentes. Reus enim eſt Princeps damni communis, ſi iſtud haud prouidet. *Trid. ſeſſ. 6. de Reform. c. 1. in fin. & d. 92. c. 9. Can. Apoſt. 57. et c. Qualiter De elect. & Decc. tit. 4. l. 3. De clericis nõ reſid. & c. Cum ad monaſterium De ſtatu monach. & c. Ea quæ eo. tit. & c. Excommunicamus §. Volumus De Hæreticis.*

725 Caueto, ne quo zelo bona aliorum opera impedias, qui non ſit ſecundum ſcientiam. Eris enim reus apud Deum omnium bonorum, quibus impedimẽtum feciſti. *Trid. ſeſſ. 25. de Refor. c. 3.*

726 Agendum diuinorum omnium diuiniſsimum eſſe, Maioris diuinæ gloriæ, ſeu diuinæ cognitionis propagationem, & procurationem. Eſt enim Deus ipſe cognitio, & intelligentia diuinæ bonitatis. Eſt autem gloria diuina, bonitatis diuinæ communicatio, & manifeſtatio,

& quaſi ſplendor quidam lucis diuinæ. Nihil autem magis diuinam bonitatem manifeſtat, & explicat, quàm ipſa diuinæ bonitatis cognitio: quatenus maximā habet cum diuina natura ſimilitudinem. Eſt ergo actio diuiniſsima maioris diuinæ gloriæ procuratio. *S. Ignat. in conſt. per totum.*

727 Ad actionem purificandorum animorum, eſſe ſpiritualium colloquiorum vſum efficaciſſimum. Valet enim valde vox viua ad reuocandum animum à cupiditate, & ad diuinorum cognitionem inſerendam. Quibus animus purus fit. *S. Ign. ex. c. 6. §. 4.*

728 Magnum ad actionum diligentiam, rectumque agendi modum, ſtimulum eſſe, Conſiderationē diuinæ præſentiæ. Vrgendus ergo animus eſt ad eam conſiderationem tum per Fidem, tū per rationes naturales; quibus docemur iu Deo nos viuere, & moueri, & eſſe: tum aſpectu creaturarum, quæ veſtigia quædam ſunt Dei præſentis: tum pictis imaginibus, quæ nobis referant Deum. *Baſilius in reg. breu. q.* 201. 202. 306.

s *S. Ign. p.* 4. *c.* 8. *§.* 5. & *Jit. E.* & *p.* 7. *c.* 4. §. 8.

729 s Efficaciſsimum ad omnem rectam actionem vſum eſſe illum,

illum,quem Seceſſum ſpiritualem vocant, & Exercitia ſpiritualia. Eſt enim ars mirabilis ad intelligendum quid agere oporteat. Illo ergo frequenter vtitor, & vt alij vtantur,curato. *Paulus* III. *in bull. Paſtoralis officij*.

*Caput Decimum*;

## De Amicitia.

### *Sectio I. De amicitia cum Deo.*

730 *a* ESto cura omnium prima, vt amicus ſis Deo. Quid enim honeſtius amicitia diuina? quid vtilius? quid ad felicitatem magis neceſſarium? *Trid. ſeſs.*2. *a Gregorius* 1.*Paſt.c.*11.

731 Caueto ne contra ius diuinum peccatum vllũ admittas. Amicitiam enim diuinam ſoluit quæcunque iniuria. *Trid. ſeſs.*2.

732 Nullum eſſe ſtudium maius debere, quàm vt inimicus redeas in gratiam cũ Deo. Nihil enim eſt maius Deo, quem amicitia conſequimur. *Ratio.*

733 Ad amicitiã allicito Deũ diuinorum obſeruatione præce-

ptorum.

Digitized by Google

ptorum. Non poteſt enim Deus non amare amorem in ſe tuum. Amas autem ipſe Deum quatenus eius amas præcepta. *Chriſtus Io.14.n.15.21.*

734 Ad amicitiã allicito Deũ diuinorum morum imitatione. Non poterit enim Deus non amare ſimilitudinem in te ſuam. *Sum.Eth.d.2.q.2.prop.6.*

735 Ad amicitiã allicito Deũ diuinæ gloriæ procuratione. Dona enim amorem conciliant. Donum autem Deo gratiſsimum eſt gloria diuina. *Sum.Eth. d.2. q.2.pr.6.§.5.*

736 Eſto inuitamentum Deo ad te amandum oblatio Chriſti. Nihil enim Deus magis amat, quã Filium ſuum vnigenitum Ieſum Chriſtum: in eo homines amat, quoſcunque amat. Offerẽdus ergo Deo Chriſtus eſt prece, ac ſacrificio. *Sum.Eth.ſup.*

737 Eſto inuitamentum Deo ad te amandum amor, ac miſericordia in proximos. Sunt enim homines omnes amicabiles Deo, Deique imagines. Non poteſt ergo Deus non amare eum, qui ſuum amicum, & imaginẽ amat. *Sum.Eth.ſup.*

738 Eſto inuitamentum Deo

ad

ad te redamandum tuæ pro ipſo voluntatis, tuorumq; bonorum abdicatio, & oblatio. Hoc enim donorum genere maximè delectatur Deus. *Sum.Eth.ſup.*

739 Dei voluntatem, Dei bonitatem infinitam, amorem in te Dei, voluntate, complacētiaque complectitor: qui ad amicitiam aſpiras Dei. Non poteſt enim amor nō redamari. Amor autem eſt voluntas illa, complacentiaq; in Deum. *Sum.Eth.ſup.*

740 Diuinam amicitiam Dei præſentis conſideratione, & contemplatione conſeruandam, & augendā eſſe. Deſinit enim Deus te amare, ſi ipſe deſinas amare Deum. Erit autem facile à Dei amore deſinere, ſi longe à Deo eſſe cœperis mente. Contra verò ſemper erit inuitamentum ad Deum amandum, cogitata Dei ſumma bonitas vt præſens. *Sum. Eth.ſup.*

741 Si quid in Deum peccaueris, curato ſtatim vt in amicitiam redeas, retractatione, pœnitentiaque peccati. Malum enim omnium peſsimum eſt, inimicum habere Deum. Cuius tamen tanta bonitas eſt, vt ſtatim recipiat in gratiam eum, quem verè pœnitet,

nitet, vt par eſt. *Baſil.in reg.breu.* q.10.11.13.

742 Inimicitiam cũ Deo peccato originali cõtractam, Baptiſmi Sacramento delendam eſſe. Hoc enim remediũ exigit Deus ad eam inimicitiam delendam. Si ergo Baptiſmus re ipſa ſuſcipi non poteſt, ſuſcipiendus eſt voto, ſiue deſiderio. *Trid. ſeſs.6. de Iuſtif.c.*4.

743 Inimicitiam cũ Deo peccato mortali poſt Baptiſmũ contractam, non ſolum contritionis dolore, ſed Sacramento etiam Confeſsionis eſſe delendam. hæc enim eſt Ieſu Chriſti lex, ac decretum Eccleſiæ relictum. *Trid. ſeſs.* 14.*de Sacr.Pœn.c.* 1.

744 Diuinis offenſis, etiã poſt quam redieris in gratiam cũ Deo, pœnalibus operibus ſatisfacito. Nam per culpæ remiſsionem ſæpè non remittitur pœna temporalis, quam Deus, præter æternã pœnam, decreuit pro quoque peccato. Et par eſt te iam amicũ Deo, in te ipſum ſæuire pœna aliqua, quod ſummæ bonitati iniuriam feceris. Opera autẽ pœnalia ſunt oratio, ieiunium, eleemoſyna, & quæ ad hæc tria genera reuocantur. *Ex Tridentino*

*ſeſs.*

Digitized by Google

*ſeſs.14. de Sacr. Pœnit. c.8.*

745 Iram diuinam in multitudinē Princeps, ac multitudo ipſa, ſacrificijs, precibus, votiſque publicis, placanto. Conciliandus enim eſt multitudini Deus, vt peſtem, famem, bellū auertat. Hanc iniere rationē Principes, ac Reſpublicæ ſapientiores: qua mala publica repulere, hoſtium caſtra euertere. *Praxis Eccleſ.*

746 Ne bellū Chriſtiani Duces aggrediuntor, niſi expiatis militum animis Sacramentis. In amicos enim diuinus fauor propendet magis. *Praxis piorum.*

747 Cupis ad æternam felicitatem peruenire? amato Deum, vt eius felicitatis auctorem, ac largitorem. *b* Nam communicatio bonorum inter amicos, eiuſdem eſt rationis, cuius eſt amicitia ipſa. Vt in amicitia vera, ac honeſta, commune amicorum bonum eſt honeſtum, ac virtus; in amicitia vtili, bonum vtile; in iucunda, iucundum. Communicat enim amicus amico ſe ipſum in primis: quatenus ſe fruendum amico præbet vel vt honeſtum, vel vt vtilem, vel vt iucundum. Secūdum autem amicitiam charitatis ſupernaturalem communicat

b *Ariſt. 8. Eth. c.3.*

nicat

nicat ſe Deus amicis ſuis modo optimo, ac beatifico, per exhibitionem aſpectus, ac intuitiuæ viſionis ſui ipſius, qui ſummum bonum eſt. In qua viſione ſumma felicitas poſita eſt. Vt ergo hoc à Deo bonũ habeas vt amicus; amandus eſt à te Deus vt auctor eius boni. & in voluntatem, ac ſpem tanti boni omnibus viribus incumbendum. *Vid. Trid. ſeſſ. 6. de Iuſtificatione.*

## *Sect. II. De Rectoris in ſubditos amicitia.*

748 *c* IN eam curam Rector incumbito, vt ametur magis, quã timeatur. Amor enim vnit, timor ſegregat. Ad bonum autẽ commune maximè facit multitudinis vnio cum Principe. *c, Peruenit De exceſſ. Prælat.*

749 *d* Caueto ne magis à ſubditis diligi, quàm veritatem quæras. Ne dum hominibus places, ſis odibilis Deo. *Greg. 2. Paſt. c. 8.*

750 *e* In eam curam incumbito, vt verè ames ſubditos tuos. Principium enim omnis rectæ actionis eſt amor. Sit ergo amor in ſubditos, vt rectum ſit regimen

*c Clau. Aqu. Induſt. c. 14. Rob. Bellar. in vit. c. 26.* S. *Ignat. p. 8. c. 1. litt. G.* S. *Th. de reg. Princip. l. 1. c. 10. 14. Ambr. 2. off. 7.*
d *Ariſt. 8. Ethic. 8.*
*e S. Thom. de regim. Princ. l. 1. c. 14.* S. *Ignat. p. 9. c. 2. § 2. S. Amb. 2. off. 7. S. Bon. de ſex alis Ser. c. 4. Ariſt. 8. Eth. c. 11. S. Carol. vita l. 8. c. 12.*

men

Digitized by Google

men ſubditorum. *Euariſtus Papa.* 7.q.1.c.11. *Petrus* 8.q.1.c.2.

751 *f* Amoris in ſubditos ſignum eſto prouidentia: qua re ipſa præuenias neceſsitates ſubditorum. Amoris enim hoc ſignũ amorem generat. *Diſt.*84.c.1. & 7.q.1.c.11.

752 *g* Amoris in ſubditos ſignum eſto: beneficia in illos cõferre, etiam non rogatum. Illecebra enim ſunt amoris beneficia. *Diſt.*84.c.1.

753 *h* Amoris in ſubditos ſignum eſto: ſtatim concedere quę rogantur; modò petitio iuſta ſit. Amor enim eſt celer, ac promptus. *Diſt.*74.c.6. & *d.*84.c.1.

754 Amoris in ſubditos ſignũ eſto: Grauate negare quæ negare oportet, & allata ratione. Oſtendis enim te velle concedere, ac proinde amare: niſi ratio prohiberet. *Ambr.*2.*off.*7.

755 *i* Amoris in ſubditos ſignum eſto: Familiariter, ac amanter agere; & tegere maieſtatem. Hac enim arte reddis te aliquo modo ſubditis parem. Amor autem eſt magis inter æquales, ob maiorem ſimilitudinem. *Diſt.*99. c.5.

756 Crebrò ſubditos alloqui-

tor,

f *S.Th.ſup. S.Bon.de ſex alis Ser.c.4. S.Ignat.p.8. c.1.litt G. Ariſt.8.Eth. c.11. S.Carol.vit. l.8.c.12.*

g *Ambr.2. offic.7.19. S.Ignat.p.8. c.1.litt.G. Ariſt.5.Pol. c.11. & 8. Eth.c.11. S.Car.ſup.*

h *S.Baſil. in reg.br.q.98.*

i *Ambroſ.2. offic.7. Baſil. in reg. bre.q.98. Ariſt.5.Pol. c.11. S.Carol.vit. l.8.c.12.*

Digitized by Google

tor, & cum amoris ſignificatione. Patris enim ea actio eſt: quæ amorem cōciliat. *Soc.Ieſu reg.26. Præp. & 25.Rect.*

757 Amoris inuitamentum eſto hilaris vultus. Amantis enim animi ſignum hilaritas eſt. *Ambr. 2.offic.7.*

*k Ambroſ. 2.offic.7. Baſil. in Aſc. c.43. 50. & in reg. breu. q.99. Ariſt. 5. Pol. c.11. S.Carol.vit. l.8.c.17.*

758 k Caueto à verbis contumelioſis, & aſperis. Odium enim concitant ſubditorum in Rectorem. *Diſt.46.c.1.*

759 Caueto ne impedimento ſis operibus ſubditorum bonis. Tuum enim eſt ad illa potius vrgere. Quare eris, vt malus Rector, odibilis. *Inſtr.3.c.2.*

760 Ab omni iniuſtitia, in primis à perſonarum acceptione, caueto. Eris enim odibilis. *Ambr. 2.offic.8.24.*

761 Caueto ne in exigendis tributis ſis nimius. Eris enim odibilis. 10.*q.3.et* 16.*q.2.c.*60.62.64. & *c. Peruenit De exceſs. Prælat.*

*l S.Ign. p.8. c.1.litt.G. S. Ambr. 2. offic.7. S.Baſilius in Aſcet.c.43.*

762 *l* Caueto ne imperioſè agas, aut ſubditum vllum contemnas, aut alterum alteri præferas contra ius decentiæ, aut quouis alio modo idem ius lædas. Hæc enim odium concitant ſubditorum in ipſos Rectores. *Diſt.75. c.7. & d.95.c.7.9.10.*



Digitized by Google

763 *m* Amoris inuitamentum eſſe compaſsionem, doloremque de malis ſubditorum, ſi oſtenderis ſigno. Effectus enim amoris eſt dolor. Amor autem ad amandum inuitat. *Diſt.*45.

764 Legitimè, verèque reſipiſcentes, ne non amanter ſuſcipias cauendum. Puſilli enim, & amari animi ſignum dabis, ac non amantis. *Baſil. in reg. br. reſp.* 8.

765 *n* Inuitamentum ad amicitiam ſubditorum eſto: facilem te, commodumque ſubditis exhibere ad eos audiendum. Id enim maximè cupiũt ſubditi à Rectore ſuo. *Diſt.*84.*c.*1.

766 *o* Caueto ne ſignũ vllum edas, quo te cupidum, aut auarũ oſtendas. Nihil enim magis ſubditi oderunt in ſuo Rectore. *Diſt.*85. *&* *c. Peruenit De exceſs. Prælat.*

767 *p* Caueto ne ſigno vllo præferas te minus amantem communis boni. Nihil enim boni ſubditi magis amant, quàm bonum commune. S.*Th. de regim. Princ. l.*1.*c.*14.

768 *q* Caueto ne in pœnis infli-

m S. *Ignat. par.*2.*c.*3.*&* *p.*8.*c.*1.*lit.G. & p.*9.*c.*2. §.4.
*S.Ambr. ſup. S.Bon. de ſex alis Ser. c.*4.
n *Bellar. in vita c.*33.
S.*Ambr.* 2. *offic. ſup.*
o S. *Th. de regim. Princ. l.*1.*c.*14.
S.*Ignat. p.*9. *c.*2.§.3.
*Greg.*1.*Paſt. c.*10.
*Ambr. ſup.*
*Ariſt.* 5. *Pol. c.*8. *et* 8.*Eth. c.*11.
p S.*Ign. p.*9. *c.*2.§.5.
S.*Ambr. ſup.*
*Ariſt.* 5. *Pol. c.*9.
q S.*Baſil. in Aſcet. c.*50.
S.*Ignat. p.*2. *c.*3. *& p.*8.*c.*1.*lit.G.* *Claud. Aqu.* *Induſt.c.*14.

ſligendis perturbatione aliqua-te, non charitate, moueri præferas. Non poteſt enim non amari amor, etiam cum punit. *12.q.2 c.11.& 23.q.4.c.27.*

769 Caueto ne vlli indices malam te de ſubditis opinionem habere. Eris enim ſubditis odibilis. *Claud.Aqu.* I*nduſtr.c.*14.

770 Caueto ne ſigno vllo ad vnum potius, quàm ad alium, te propenſum oſtendas: niſi ad bonos omnes. Ne in offenſam cadas multitudinis. Æquè enim Rector eſt bonum omnium ſecundum rationem neceſsitatis, ac meritorum. S.*Bon.de ſex al.*S*er.c.*6.

r *Clau.Aqu. Induſt.c.*14.

771 *r* Curato vt ſubditorum in te offenſas beneficijs compenſes. Capies enim animos ea charitate. *Bern.in Cant.ſer.*63.

s *Gregorius* 1.*Paſt.c.*10. S.I*gnat.p.*9. *c.*2.*§.*2.

772 *s* Inuitamentum ad amicitiam ſubditorum eſto: Cupidum te cuilibet oſtendere verbo, factoque, boni eius. Amor enim amorem generat. *Diſt.* 84. *c.*1. S.*Th.de regim.Princ.l.* 1 *c.*14.]

773 Caueto, cum conſiliarios aduocas, ne quid agas contra omnium ſententiam. Nam & eris odibilis; & errandi te periculo expones. Niſi forte ſecundum tuam ſententiam agendum ſtatuerit

tuerit

tuerit Rector maior, quem conſulueris. *S.Ign.p.4.c.17.litt.H.*

774 Caueto ne non pœnam remittas ei, qui ſatisfecerit. Eſt enim id crudelitatis genus valde odibile. 23.*q*.4.*c*.29.

775 Inuitamentum ad amorem eſto: ſubditorum monita libenter & audire, & petere t. Virtutis enim Prudentiæ pars docilitas eſt. Virtus autem ſui amorem excitat. *Diſt.*84.*c*.1. & 2.*q*.7.*c*.40.41.42.

t *S. Bon. de ſex alis Ser. c.6.*
*S.Ignat.p.4. c.*10.§.4.& *p.*9.*c.*2.§.2. 3.

776 *t* Stimulus, vt à ſubditis ameris, eſto Modeſtia. Mirum enim quãtum in Superiore amatur hæc virtus. *Diſt.*99.*c*.5. & *c.Cum Apoſtolus De cenſibus.*

*S.Gregor.*2. *Paſt.c.*6.
*S.Ambroſ.*2. *offic.*7.

777 *u* Stimulus vt à ſubditis ameris, eſto Patientia. Oderunt enim omnes Rectorem impatiẽtem. Vrgent autem Rectorem ad impatientiam tum labores, & curæ; tum defectus ſubditorum; tum eorundem in ipſum ingratitudo. *S.Ambr.*2.*offic*.7. *S.Bonau. de ſex alis Seraph.c.*5.

*S. Baſilius in Aſcet.c.*43.
u *S.Ign.p.*4. *c*.10.§.4.
S. *Baſilius in Aſcet.c.*43.
S.*Carol. vit. l.*8.*c*.17.

778 *x* Stimulus, vt à ſubditis ameris, eſto Clementia. Externa enim pœnæ moderatio, amoris interioris eſt ſignum. *Diſt.*45.

x S. *Tho. de regim.Princ. c.*14.
S. *Gregor.* 1. *Paſt.c.*10.

779 Eſto Principis cura, ne quid in annona deſideretur. Maximè

S.*Ambr.ſup.*
S.*Baſil.ſup.*

ximè enim amari ſolet à multitudine ea diligentia. *S.Th.de regim. Princ.l.* 1.*c.* 12.13.14.

780 Eſto Rectoris cura ne Miniſtri moleſti ſint multitudini. Eſt enim maximè multitudini grata ea diligentia. *Exper. Concil. Magunt.can.*50.

*y Bellar. in vita c.*26.*&* 31.

781 *y* Inuitamentum amoris in Principem eſſe, leuare multitudinem oneribus, quantum fieri iuſtè poteſt. Illud enim amantis patris ſignum eſt. 10.*q.*3.*&* *Decc. l.*3.*tit.*39. *De cenſibus*.

782 Caueto Princeps ne ideo amare ſubditos deſinat, quia non reſpondent amori. Nam ſemper ipſe Paſtor eſt ſubditorum. Paſcere autē deſinet, ſi deſinat amare. *Ex Ariſt.*8.*Eth.c.*14.

## *Sectio III. De ſubditorum in Rectores amicitia.*

*z S.Ign.p.*6.*c.*1.*§.*2.

783 *z* IN eam curam incumbito, vt ex corde ames Rectores tuos. Vix enim fieri poteſt, ſi verè nō ames, quin aliquod aliquando ſignū Rectori oſtendas ad inimicitiam. Rector autem nō amicus, onus eſt, quod ferri nō poteſt. *Euariſt.Pap.*7.*q.*1. *c.*11.

784

Digitized by Google

784 Stimulus ad quemcunque Rectorem amandum eſto ea cogitatio: quod Vicarius eſt Dei, ac diuinæ voluntatis interpres. Amabilis enim eſt Deus, ac eius voluntas. S.*Ign.p.*4.*c.*10.§.5. & *p.*6.*c.*1.§.2.

785 In eam curam incumbito, vt ita viuas, vt ameris à Rectore tuo. Virtus autem amorem conciliat. *Ariſt.*8.*Eth.c.*7.

786 *a* Amoris in Rectorem ſignum eſto Obedientia. Amatur enim Rectoris voluntas quatenus eius præcepta obſeruantur. *Ariſt.*8.*Eth.c.*7.

a S.*Ign.p.*4. *c.*10.§.5. & *p.*8.*c.*1.§.3.

787 Preclarum amoris ſignum eſſe ad redamationem Rectoris aucupandam, Animum ei omnem,& cordis occulta detegere. Amicorum enim hoc eſt, omnia inter ſe communia facere, etiam animi ſenſa. S.*Ignat.p.*4.*c.*10.§.5. & *p.*6.*c.*1.§.2.

788 Inuitamẽtum amoris eſto ſpes, quam Rectori oſtendas, in eius amorem, ac prouidentiam. Oſtendit enim ſe Rectoris amorem, ac poteſtatem amare, qui oſtẽdit ſe in eum ſperare. *Exper.*

789 Non eſſe de Rectorum peccatis, vitijſque loquendum, neque cogitandum, cum non

L opor-

oportet. Eris enim Rectori odibilis, cum ille de ipſo te oblocutum ſciuerit. Erit & Rector odibilis tibi, ſi de eius vitijs cogitaueris. *Bellar. in vita c.33.*

790 Caueto ne non ames vnquam Rectorem tuum, quod putas te ab eo non amari. Semper enim à te amabilis eſt, qui locum in te habet Dei. *Ex Ariſt.8.Eth. c.14.*

791 Caueto ne Rectori ſis importunus, aut quouis modo moleſtus. Nam moleſtiæ odium concitant. *Ex praxi prudentum.*

b *Bellar. in vita c.31.*

792 *b* Caueto ne contra, quam Rector ſentiat, te ſentire coram alijs oſtendas; cum non oportet. Amabilis vt Rectori ſit hæc tua in ipſum reuerentia. *S. Ign. p.4. c.10.§.5.*

793 Curato vt quicquid agis, Rectore agas ſciente, & approbante. Non poterit enim Rector non amare ſuam voluntatem. *S. Ignat. p.6.c.1.§.3.*

c *Bellarm. in vita c.30.*

794 *c* Ne facilè ab immediato tibi Rectore ad Superiorem, ac mediatū recurrito. Odium enim in te concitas Superioris immediati: à quo tibi velis, nolis, pendendum eſt. *S. Ign. p.6.c.1.§.3.*

d *S. Ign. p.4. c.10.§.5.*

795 *d* Curato vt quicquid agis,

agis, ſecundũ Rectoris agas conſilium, atque directionem. Amabile enim eſt hoc erga Rectorem obſeruantiæ officium. *Baſil. in Aſcet.*

796 Si quid Rectorem offenderis, ſtatim veniam flagitato. Quod etiam cum familiaribus, & externis agendum eſt; vt redeas in gratiam. *Caſſian coll.* 16.*c.*5.

797 Si qua Rector ex te ope indiget, adiuuato. Exigit enim & amor, & ius ipſum. 3.*q.*1.*c.*5.

## *Sectio IV.* e *De ſodalium, ac domeſticorum amicitia.*

e *Vide alia præcepta Par.* 1. *à pr.* 2138. *ad pr.* 2155.

798 f IN eam curam quiſque incumbito, vt amicitiã cum ſodalibus, domeſticiſque ineat, & conſeruet. Inſuauem enim vitam, & multis carentem commodis pariũt inimicitiæ domeſticæ. *Diſt.*90. *c.* 10. 11. 12. *Baſilius in Aſcet c.*7. *Ariſt.* 8. *Eth. c.*1.

*De arte amicitiæ incũdæ, & conſeruandæ vide inf. de amic. inter ciues.*

f *S. Ign. p.*8. *c* 1.

*Vid. Aug de amicitia c.*5. *tom.* 4. *&* *Ambr.* 1. *off. c.*32. 33. 34.

799 Ad amicitiam conſeruandam, eſto ſtudium oſtendendæ in amicos beneuolẽtiæ. Nihil enim magis in amicis amamus, quàm voluntatem, quam illi habent no-

ſtri boni. *Ambr*. 1. *off*. *c*. 32. 33. 34. & *l*. 2. *c*. 7.

800 *g* Caueto ne non familiariter cum familiaribus agas. Eſſet enim te ipſis non exhibere, quibus maximè exhibere debes, quatenus ipſis conuiuis. Nullum autem donum gratius, quàm ſui ipſius exhibitio. Quod ſi neges ijs, quibus concedi debet: iniucundum te illis, ac odibilem eſſe neceſſe eſt. *Aug. de amic*. *c*. 24. *Ambr*. 1. *offic*. *c*. 22.

*g S. Ign. p. 8. c. 1. litt. D. Ariſt. 4. Eth. c. 6.*

801 Caueto ne ſodalibus, ac familiaribus, quibus cum cœnobiticè viuis, vni magis, quàm alteri amabilem te, ac familiarem oſtendas. Omnia enim amicorum communia eſſe debent. Non facis autem te omnibus communem, quatenus vni magis, quàm alteri te exhibes. *Prax. Regular*.

802 Vbi multitudo ex varijs nationibus eſt, vt eſt Eccleſia, vt aliqua religioſa cœnobia; caueto quiſque ab affectibus nationalibus. Soluunt enim illi vnionem, & charitatem communitatis. Ita ergo quiſque in omnibus ſe habeat ad vnumquemque, ac ſi eiuſdem ſecũ nationis eſſet. Vt apud Deum nulla diſtinctio nationum eſt. *Soc. Ieſ. reg.* 30. *ex com*.



Digitized by Google

803 *b* Caueto ne agreſtem te, ac inſulsũ familiaribus exhibeas. Hæc enim odium concitant. Sal in amicitijs, ſunt ſales honeſti. *Aug. de amic. c.24. Ambr. 1.offic. c.22.23. & l.2.c.7.* h *Ariſt. 4. Eth.c.6.*

804 Caueto ne moderatos domeſticorum ludos non recipias. Vitioſũ enim eſt hoc genus modeſtiæ, ac odibile: quatenus non probat id, quod probare in humano conuictu debet; & familiarium honeſtam iucunditatem turbat. *Ariſt..4.Eth.c.6.*

805 Caueto ne vlla in te ſingularitatis appareat ſpecies; neve te coram alijs geras præter morem aliorum. Nam amicitiam ſimilitudo; diſsimilitudo odium parit. Diſsimilitudinis autem quoddam genus eſt ſingularitas. *Diſt.30.c.15. & d.41.c.1.5.*

806 Caueto ne in conuictu familiarium ſis ſolitarius, aut tetricus. Contrarius enim eſt is agendi modus amicitiæ domeſticæ. *Soc.Ieſu in 6.Congreg.*

807 *i* Selectum eſſe habẽdum eorum, quibus cum cuique familiariter ſit agendum. Multum enim intereſt ad mores familiarium exemplum. *S. Aug. de amic. c.12.15. Ambr.2.off.20.* i *S.Ign. p.3. c.1. §.3. & lit.D. & p.8. c.1.§.2. Ariſt.8.Eth. c.8.*



Digitized by Google

k *S.Ign p.3. c.1.lit.D.*

808 k Non eſſe ſemper cum familiaribus agendum. Vt otium ſit ad actiones præſtantiores. *Ex Ariſt.* 10.*Eth.c.6.*

l *Eccli.6.35. et c.8.9.10.*

809 l Seniorum familiaritatē, & conſuetudinem amato. Fies enim prudentior. *Baſil.in regg.br.*

m *S. Ignat. p.2.c.3.§.3. & litt.D. & p.3.c.1.§.2. & litt.*A. *S.Auguſt. de amic. c.* 12. 13.14. *S. Ambr.* 1. *off. c.*20. & *l.*2.*c.*20.30. *S. Baſilius in Aſcet.c.6. & in reg.bre.9.* 20. *Ariſt.8.Eth. c.8.*

810 *m* Caueto à familiaritate, conſuetudineque hominum prauorum. Ne eorum vitijs inficiare: ne tuæ famæ notam inuras. 2.*q* 7.*c*.59.60.*et* 23.*q*.4. *et* 24.*q*.3. *c*.35.36. & 28.*q*.1. & *Can.Apoſt.* 10.11.12.44.63.

811 Caueto ne quicquid audieris, animo haurias, aut quicquid in amico, alioue videris, imitere. Nam ſæpè continget dici non vera; & quædam non decere ex ijs, quæ videris. *Ex Ariſt.* 8.*Eth.c.*8.

812 Curato vt ames magis, quàm vt ameris. Beatius enim eſt dare, quàm accipere. Amor autem primum donum eſt. *Ariſt.* 8.*Eth.c.*8.

o *Ariſt.* 4. *Eth.c.6.*

813 *o* Caueto ne agas familiariter nimium. Nimia enim familiaritas contemptum parit. *Ambr.*1.*off.c.*22.

814 Caueto ne ſis, neve vllo ſigno oſtendas alieno te animo eſſe à viro virtutibus ornato. Indi-

Indicium enim id eſt, te verè bonum non eſſe. Nam amicabilis eſt vir bonus viro bono. *Prax. prud.*

815 *p* Caueto ne coram vllo, quantumuis familiari, diſcedas vnquam ab officijs, quæ decentiæ debentur, & honeſto. Semper enim ei, coram quo agis, reuerentia quædam debetur; quatenus homo eſt, ad imaginem factus Dei. *Diſt. 93. c. 14. Carthag. 4. c. 60.*

p S. *Ambr. 1. offic. c. 18. 22.* *S. Ignat. p. 3. c. 1. §. 4.* *Ariſt. 4. Eth. c. 6. & l. 9. c. 3. 4.*

816 *q* Hilarem vultum exhibēdum ſemper familiaribus eſſe. Amici enim animi ſignū eſt vultus hilaris. Triſtis autem vultus odij ſuſpicionem facit. *Aug. de amic. c. 24. Ambr. 1. offic. c. 22. & l. 2. c. 19.*

q *Ariſt. 4. Eth. c. 6.*

817 Si qua calamitas familiaribus accidat; ſunto in eos officia vultus triſtis, & alia mœſti animi ſigna. Nam valdè amantur hæc officia; quatenus amoris ſigna ſunt. *Ambr. 2. offic. 7.*

818 *r* In eam curam incumbito, vt ſyncerè cum familiaribus agas. Amicitiam enim peſſum dant, & odia generant, ſimulationes, doli, ironiæ, adulationes, æquiuocationes, mendacia. *Diſt. 46. & 22. q. 5.*

r *Bellar. vit. c. 33.* *Ariſt. 4. Eth. c. 6.*

819 Ne eſto verboſus. Nam eris moleſtus; & non amaberis. *Soc.* I*eſu in congreg.*6.

s *Bellar. tota vita.* *Ariſt.*4.*Eth. c.* 6. & *l.*8. *c.*5.

820 *s* Suauem familiarium conſuetudinem eſſe oportere. Aſperum enim, moleſtumq; hominem fugiunt omnes: contra verò ſuaues verbis, ſuaues moribus,amantur ab omnibus. S. A*ug. de amic.*24. S. A*mbr.* 1.*off.c.*22.47. & *l.*2.*c.*7.

821 Caueto ne quid in verbis ſit turpe. Incides enim in ódium proborum. *Baſil.in reg.breu.q.*23. & *ſeqq. Carthag.* IV. *c.*60.

t A*riſt.* 4. *Eth.c.*6.

822 *t* Facilem animo, facilem moribus exhibere quemque ſe debere familiaribus. Eſt enim odibilis, qui magis grauem ſe exhibet,quàm oportet; qui præfert ſcrupulos; qui ad omnes audiendos non lubens; qui ad aliorum ſe voluntati accommodandum non promptus;qui propenſus ad contendendum. S. A*ug.de amic.c.*24. A*mbr.*2.*off.*7.19.

u A*mbr.* 2. *off.*22. *Vide veracitatis præcepta Par.* 1. *à pr.* 2106.*ad pr.* 2137. *Bellar. vita c.*34. A*riſt.*4.*Eth. c.*7.

823 Ne vt amico obſequare, aut ne contriſtes; agito quicquã, quod honeſtum non ſit. Veræ enim amicitiæ fundamentum honeſtum eſt. A*riſt.*4.*Eth.c.*6.& *l.*8.*c.*8.

824 *u* Caueto ne non verax

in

in omnibus deprehendare. Veracitas enim, ac ſynceritas amorem conciliat: contra verò mendacium, & ſimulatio concitāt odiū. *Greg.d.46.c.2.& 22 q.1.*

825 *x* Caueto à iactantia. Odibilis enim eſt. Nam mendacij genus quoddam eſt. *Diſt.46.c.1.*

x *Bellar.vita c.33. S.Ignat.p.3. c.1.§.4.*

826 *y* Ab inuidiæ vitio caueto. Inimica enim amicitiæ inuidia. Origo detractionis, quæ pacem ſoluit. *Caſſ.coll.18.c.vlt.*

y *Clau.Aqu. Induſt.c.17.*

827 *z* Caueto ne in familiari conuerſatione ſis contentioſus. Nam quiſque amat ſententiam ſuam. Oderit ergo te, ſi eam, contradicendo, & contendendo, impugnaueris. *Ambr.1.offic.c.22. Caſſian.coll.16.c.8. Baſil.in Aſcet. c.49.*

z *Ariſt.4. Eth.c.6.*

828 *a* Caueto ne coram honeſtis viris, quales eſſe familiares debent, quicquam loquaris, aut agas, quod contra modeſtiæ virtutem ſit. Valde enim odibile eſt, quod contra modeſtiam eſt. Sunt autem contra modeſtiam iactantia, ſcurrilitas; oculorum, oris, laterum, manuum, pedum, cæterorumque membrorum geſtus indecori. *Diſt.46.& 22.q.5. c.21. Carthag.IV.c.60.*

a *S.Ign.p.3. c.1.§.4. Ariſt.4.Eth. c.6.*

b *S.Ambroſ. 1.offic.c.21. S.Ignat.p.3. c.1.§.4. S.Auguſt. de amic. c. 12. 18. Caſſ.l.9.c.7. 8. et coll.16. c.15.*

829 *b* Patientem eſſe debere,

L 2 qui

qui ſe familiaribus conſeruare amicum velit. Parens enim odiorum eſt impatientia. 8.q.1.c.2.& 23.q.1.c.2 & q.4.

*c Bellar. vita c.36. Ambr. 1.off. c.21. & l.2. c.7.*

830 *c* Oportere alteri cedere, cum honor diuinus ſecus eſſe faciendum non poſtulauerit. Ne contentionibus, ac odijs aditus aperiatur. 23.*q* 8.*c*.21. & *ſeqq*.

d *Auguſt. de amic.c.*12. *Ambr.* 2.*off*. 7. *Ariſt.* 8.*Eth*. *c*.13.

831 *d* Oportere diſsimulare iniurias, qui ſe familiaribus conſeruare amicum velit. Nam ſi te alius aduertiſſe iniuriam animaduerterit, eſſe te inimico animo cogitabit. Cauebit ergo à te vt ab inimico. 8 *q*.1.*c*.2.

*e Bellarm in vita c* 33. *Auguſt. de amic.c.*12. *Vide Chryſ. tom*.5.*ſerm. de laude Dei.*

832 *e* Oportere aliorum defectus tacere, cum aperire non eſt neceſſarium: ſi te reddere alijs amabilem velis. Odibiles enim ſunt detractores: ſeq; ab illis omnes cauent. Odium etiam concitat in eos, quorum defectus aperiunt, etiam ſi non morales defectus illi, ſed naturales ſint. *Diſt*.44 *c*.6. & *d*.46.*c*.5. & 2.*q*.7. & 6.*q*.1. *Carthag*. IV. *c*.57.

f *Ariſt*. 8. *Eth.c*.13.

833 *f* Curato querulus ne ſis. Moleſtæ ſunt enim querimoniæ, quatenus & aliorũ defectus aperiunt, & impatientis animi ſigna ſunt. *Diſt* 46.*c*.4.

g *S.Ign.p*.10 *ſ*.11. *Claud. Aqu. Induſt.c*.17.

834 *g* Caueto ne te de natione



Digitized by Google

ne aliqua, vel familia, vel bono ſcriptore, auctoreve alio, vel Principe Catholico, vel alio quouis bono viro; verbo, ſignove alio oſtēdas te male ſentire: cum id oſtēdere non eſt neceſſarium. Eſt enim inutilis ea ſignificatio, & fons odiorum. 2.*q*.7.

835 *h* Caueto ne quid enunciese, quod ex ſe aptum ſit concitare diſcordiam inter familiares. Inimiciſsimum enim eſt amicitijs hoc vitium. 2.*q*.7. *Bern. ſerm.*29. *in Cant.* h *Clau. Aqu. Induſt.c.*17.

836 *i* Laude proſequitor quicquid laude dignum occurrerit: modò ſis in laudando prudens. Officium enim laudis amabile est maximè. Remouet quoque ſuſpicionem inuidiæ. Sed ab adulatione cauendum, quæ honeſtatem deturpat officij. *Ambr.* 1.*off. c.*47. i *Bellar. in vita c.*36.

837 k Sales interdum ſi adhibueris, ne ſunto mordaces. Vt enim in cibis, ita & in ſermone ſuauitas amatur, non amarities. *Ambr.* 1.*offic.c.*22.23. k *Vid. Ariſt.* 4.*Eth.c.*8.

838 Ne eſto credulus nimiū. Ne non ames eos, quos amares, ſi obloquentibus aures faciles nō exhibuiſſes. *Diſt.*86.*c.*23. & 11. *q*.3.*c.*77.

ſligendis perturbatione aliqua-te, non charitate, moueri præferas. Non poteſt enim non amari amor, etiam cum punit. 12.*q.*2 *c.*11.& 23.*q.*4.*c.*27.

769 Caueto ne vlli indices malam te de ſubditis opinionem habere. Eris enim ſubditis odibilis. *Claud.Aqu.*Induſtr.*c.*14.

770 Caueto ne ſigno vllo ad vnum potius, quàm ad alium, te propenſum oſtendas: niſi ad bonos omnes. Ne in offenſam cadas multitudinis. Æquè enim Rector eſt bonum omnium ſecundum rationem neceſsitatis, ac meritorum. S.*Bon.de ſex al.*Ser.*c.*6.

*r Clau.Aqu. Induſt.c.*14.

771 *r* Curato vt ſubditorum in te offenſas beneficijs compenſes. Capies enim animos ea charitate. *Bern.in Cant.ſer.*63.

*s Gregorius* 1.*Paſt.c.*10. S.I*gnat.p.*9. *c.*2.*ſ.*2.

772 *s* Inuitamentum ad amicitiam ſubditorum eſto: Cupidum te cuilibet oſtendere verbo, factoque, boni eius. Amor enim amorem generat. *Diſt.*84. *c.*1. S.*Th.de regim.Princ.l.*1 *c.*14.]

773 Caueto, cum conſiliarios aduocas, ne quid agas contra omnium ſententiam. Nam & eris odibilis; & errandi te periculo expones. Niſi forte ſecundum tuam ſententiam agendum ſtatuerit



Digitized by Google

Digitized by Google

l *Auguſt. de amic. c.* 14. *Baſil. in reg. bre. q.* 19.

839 *l* Caueto à vitio temerè ſuſpicandi. Maximè enim odibile hoc vitium eſt, præſertim in homine familiari. 2.*q.*1.*c.*12.20.

m *Bellar. in vita c.*31.

840 *m* Caueto ne quenquam aut accuſes, aut damnes, eo non præmonito, & audito. Eſt enim hæc maxima in amicitiam iniuria. *Diſt.*86.*c.*23.*&* 2.*q.*7.*c.*16.

n *Bellar. ſup. c.*33. *Auguſt. de amic. c.*24.

841 *n* Ne de amicorum vitijs cogitato, ſed de virtutibus: vt illos ames. Odium enim excitant vitia: virtutes amorem. 23.*q.*4.

o *Caſſianus coll.*16.*c.*5.

842 *o* Iniurias amico illatas compenſare oportere ijs officijs, & amoris ſignis, quæ fore ſatis arbitraris. Vt amicitiam conſerues: vt caueas iterum amici ius lædere. Ita fecere omnes viri ſancti poſtquam rediere in amicitiam cum Deo. Et Deus ipſe pœnas ſuis amicis infligit, etiam poſt mortem in Purgatorio; vt hoc ſatisfactionis genus exigat. *Ambr.*1.*offic.c.*21.

843 Secretorum noſtri cordis manifeſtatione amicitias necti, & augeri. Nam cor ipſum amico exhibetur. *Aug. de amic. c.*23.

844 Occulta quædam, quæ vis ſecreta eſſe, neque familiariſsimo detegito. Das enim tibi occaſionem inimicitiæ. Nam in-

digna-

dignaberis, cum ſciueris illum ex ſuo familiariſsimo manifeſtaſſe. *Ex exper.*

845 *p* Quæ ſigilli ſecreto obſignanda tibi ſunt tradita, aut per ſe ſecretum exigunt, ne detegito; niſi ei, qui ius habeat ad reſignandum. Valdè enim odibilis eſt ſecretorum proditio. *Diſt.46. c.3. & 5.q.5.c.5. & Decc. tit.31. c.2.*

p *S. Aug. tom.4.l.de amic.c.2. 24.*

846 Negato nihil, cum à familiari rogaris, etiam cum incōmodo tuo: modò turpe non ſit, quod petitur, & fieri à te poſsit. Ne in amore erga te, amici animus refrigeſcat. *Auguſt. de amic. c.6.7. Ambroſ. 2.offic.19. Caſſian. coll.16.c.5.*

847 Eſſe amicorum petitiones præueniendas, etiam vota. Eſt enim ea vehemens illecebra redamationis. *Ambr. 2.off.7.*

848 Eſſe amicos opere, conſilioque iuuandos. Ea enim ſunt veri amoris effecta. *Alexand. Pap. 3.q.1.c.5. Fabian. Pap. ibid. c.6.*

849 *q* Familiares ſermones eſſe ſubinde de diuinis debere. Nam in familiarium animis relinquitur ſtimulus ad amandum eum, quaſi diuinum quendam virum, qui loquitur de diuinis.

q *Bellar. vit. c.33.*

r Sed

*q Vide modũ apud Ambr. 1.off.c.22.*

r Sed ij ſermones modũ habeant. *Diſt.*44.*c.*6.

850 Caueto ne vllo ſigno oſtendas diſplicere tibi, quod ab amicis de tuis vitijs, agendove aliquo monearis: immo rogato amicos, vt moneant. Nam mirum in modum amorem in te concitabit aliorum hoc modeſtiæ genus. *Ita S.Car.Borr.vit.l.*8.*c.*16.

*s Ariſt.*8. *Eth.c.*3.4.

851 *s* Ita putato, ad amorem prouocandum nihil poſſe magis, quàm virtutem. Bonum enim quoddam diuinum eſt virtus. *S.Aug.de amicitia c.*2.*tom.*4. *Caſs. coll.*16.*c.*3.

*t Ariſt.*8. *Eth.c.*13. *Vid. Gratitudinis præcepta Par.*1.*à pr.*2083.

852 *t* Cauẽdum omnino eſſe ab ingrati animi ſignificatione, vel leuiſsima. Odium enim concitat ingratitudo: vt contra gratitudo amorem. *Ambr.*1.*off.c.*31. *&* *l.*2.*c.*7.19.

*u Aug.l.de amic. c.*2.3.9.28. *Ariſt.*8.*Eth. c.*3.4. *et l.*9. *c.*1.

853 *u* Caueto ne te in aliorũ familiaritatem, & amicitiam inſinues ob concupiſcentiam ſiue delectationum ſenſitiuarum, ſiue habendi. Nam huiuſce generis amicitiæ nõ ſunt homine dignæ, neque ſtabiles. 23.*q*.4.

*x Ambroſ.*2. *offic.*20. *Ariſt.*8.*Eth. c.*2.3.4.

854 *x* Amicitiarum intentio eſto bonum honeſtum, vt accipiendæ doctrinæ, & commodorum ad hominis vitam neceſſariorum.

Digitized by Google

riorum. Vita autem homini maximè propria diuinorum cõtemplatio eſt. *S. Aug. de amicitia c.3.*

855 *y* Conformem te, obſequentemque exhibeto voluntatibus amicorum, quantum ſalua virtute fieri poteſt. Amicorum enim eſt idem velle, idem nolle. *S. Aug. de amic. c.6. tom.4. Caſſianus coll. 16. c.3. 9. 23.*

y *S. Ign. p.8. c.1. §.8. Ariſt. 9. Eth. c.6.*

856 *z* Conformem te exhibeto ſociorum doctrinæ, quantum ſalua veritate fieri poteſt. Solet enim doctrinæ diuerſitas ad diſformitatem trahere voluntatum. *Caſſian. coll 16. c.5.*

z *S. Ignat. Conſt. Par.3. c.1. §.18. & p.8. c.1. §.8.*

857 *a* Curato, vt de rebus agendis iudicio, à ſociorum iudicio ne ſis diuerſus. Ea enim diuerſitas mater ſolet eſſe diſcordiæ, & inimica vnionis voluntatum. *Caſſian. coll. 16 c.5.9.*

a *S. Ignat. ſup.*

858 Dato locum iræ: ne quid accidat, quo amicitia rumpatur. Datur autem iræ locus; ſi non reſiſtas irato, neque velis ſtatim atque eius ira inflammatur, ei reſiſtere. *Ambr. 1. off. c.21. Caſſian. coll. 16. c.27.*

859 Iram ab alijs remoueto: ne amicitia ſoluatur. *b* Remouetur autem, remouendo ſuſpicionem contemptus; ex qua ſcilicet exiſtit,

b *Ariſt. 2. Rhet. c.3.*

exiſtit, ira. Remouebis autem eam ſuſpicionem, ſi dixeris, te ignorante, aut iratè læſiſſe, aut ob bonum finem. Prçterea lenies iratum humili, pacatoque ſermone; & agnitione, pœnitentia, deprecatione culpæ, cũ in alterum peccatum eſt. His enim modis tollitur contẽptus. *Ambr.* 2. *off.* 7.

*c Baſilius in Aſcet. c.* 48.

860 *c* Attende tibi. Nam ſi te in aliorũ negotia ingeſſeris ſiue re, ſiue verbo, cum tua non intererit; aliorum perturbabis & molitiones, & ordinẽ actionum. Ius ergo aliorum lædes, & materiam præbebis odiorum. *Nicol. Pap. d.* 10. *c.* 5. *& diſt.* 96. *c.* 1. *et ſeq. &* 7. *q.* 1. *c.* 27. 28. 29. *&* 9. *q.* 2. *&* 16. *q.* 1. *& q.* 7. *& c. Ea quæ. De ſtatu monach. & Decc. l.* 5. *tit.* 32. *De noui operis nunt.*

*d S. Ignat. p.* 4. *c.* 1. §. 4. *& p.* 6. *c.* 4. *Pro inuãdis morientibus vid. noſtram Inſtr.* 10.

861 *d* Non eſſe ab officijs ceſſandum in ſodales, in obitu, & poſt obitũ ipſorum. Verus enim amor id exigit. 13. *q.* 2. *c.* 17.

862 Caueto ne videaris velle te ſolum agere. Incurres enim in odium aliorum ob ſuſpicionem aut contemptus, aut ſuperbiæ. *Ex exper.*

863 Præſtantium ex te molitionum euentum, auctores, quantum verè poteris, alios facito.

Ama-

Amabile enim eſt valdè hoc genus modeſtiæ. *Ex exper.*

864 Ad conſeruandam amicitiam valere, litterarum vltrò, citroque miſſarum frequens commercium. Præferunt enim tecum loquẽtem amicum amici litterę. Valet autem ad amicitiam præſentia. *S.Ign.p.8.c.*1.§.9.

## *Sect.V. De amicitia conſeruanda inter ciues.*

865 *e* PRęcipuam Principum curam eſſe debere, pacem, amicitiamq; ciuium inter ſe. Pace enim res paruæ creſcũt: diſcordia etiã magnæ dilabũtur. *Trident.ſeſs.*25. *de Regular.c.*13. *Concil.Carthag.d.*90. *c.*1.6.7. *&* *Decc.l.*3.*tit.*38. *& Extrau.Vices illius l.*1.*de tregua, & l.*2.*c.Frequentes De iudiciis, et Extr.Inter cunctas l.*5.*de priuil.*

e *Ariſt.*5.*Politic.c.*4. S.I*gnat.p.*2. *c.*3 *lit.D.* & *p.*3.*c.*1. *lit.P.* & *p.* 8. *c.* 1. *litt.D.*

866 Caueto ne ciuibus otium ſit. Parens enim rerum nouarum, ac diſcordiarũ eſſe otium ſolet. *S.Ignat.p.*3.*c.*1.§.6.

867 Curato vt in Republica vtilium operum, & bonarum artium, & diſciplinarum ſtudia efflore ſcant, & vigeant. Fugabis

enim

Digitized by Google

enim otiũ pacis luem. *S. Ign. ſup.*

868 Curato vt ciues ſint amãtes Dei. Erunt enim & amantes inter ſe, quatenus omnes ſunt amicabiles Deo. Ad amicitiam autẽ diuinam induces exemplo, precibus, verbo Dei, Sacramentorum frequentia. *S. Ignat. p.8. c.1.§.8.*

869 Curato vt probitas, ac virtus in omnibus vigeat. Virtute enim cupiditas frænatur: quæ diſsidiorum fons eſt. *S. Ign. p.8. c.1.§.8.*

870 Eſſe ſeueriores leges edẽdas in eos, qui alienum ius violauerint, præſertim furto, adulterio, homicidio, cõtumelia. Fons enim eſt odiorum, & inimicitiarum iniuria. *Diſt.54.et 17.q.4.c.37.38. & c. Artem illam De ſagittarijs.*

*f Ariſt.5.Politic.c.5.6.*

871 *f* Eſſe ſeuerioribus pœnis plectendos eos, qui alienum ius violãt. Cauebit enim quiſque ab iniuria pœnæ timore. Erit autẽ pax inter ciues, ſi abſit iniuria. *Trident.ſeſs.25.de Reform.c.20. & diſt.54. & c. In ſingulis regnis De ſtatu monach. & c. Ad aures noſtras De exceſs.Præl.*

872 Eſto grauiſsima, perpetuæ quoque ignominiæ pœna, in eos, qui ad ſingulare certamen

pro-

Digitized by Google

prouocauerint ciuem. Hoc enim genus criminis odiorum parens eſt. *Trid. ſeſſ.25.de Refor.c.19.*

873 Eſto grauiſſima, perpetuę quoque ignominię pœna, in eos, qui non ad repellendam, ſed ad vlciſcendam iniuriam iam acceptam, occiderint, aut verberauerint. E priuatis enim vltionibus inimicitiæ produci in perpetuũ ſolent. *Carthag.IV.d.46.c.8.*

874 Sunto leges, quas vocant Caualleriæ, non ex inſipientis vulgi opinione, ſed ex decreto Principis, & ex Equitum primariorum, ac ſapientum iudicio acceptæ: quibus iniuſtæ vulgi leges omnino abrogentur, & aboleantur. Iis enim præcidẽtur capita iurgiorum. vt ſi quis ad ſingulare certamen prouocetur, reſpondeto, prohiberi ſe lege ne id agat; eſſe tamen ſe promptum ad omnem iniuriam repellẽdam, ſi inferatur. Si quis iniuriam repellere non potuerit cum inferretur: nõ valere ad dedecus illud auferẽdum vllo modo priuatam, ſed publicã Principis vltionem: immò maioris dedecoris incrementum facere priuatam vltionem. Et aliæ leges ſint hiſce ſimiles primariorũ Equitum decreto

firmatæ.

Digitized by Google

firmatæ. *Ex Ariſt.5.Polit.c.8.*

g *Ariſt.5. Polit.c.8.*

875 g Eſto cura Principis pręcipua, vt ſi quæ inimicitiæ interceſſerint inter ciues, aboleantur eius auctoritate quam citiſsimè. Magnam enim efficacitatẽ Principis auctoritas habet. *Trid. ſeſs. 25. de Regular. c. 13. & diſt. 90. & Extr. Inter cunctas De priuil.*

876 Sunto mediatores, & cõciliatores diſsidentium, & fideiuſſores pacis viri primarij. Ne inimicitiæ peruagẽtur, & vt amicitiæ ſint ſtabiles. *Ex deff. præced.*

877 Diuiſionis, vel diſſentionis auctores, vt peſtis, remouẽdi. Nam Reip. vnitatẽ peſſum dant. *S. Ign. p. 8. c. 1. §. 5.*

878 Eſto Principis cura, vt iudicia inter diſsidẽtes non trahantur in longum; vtque poſt Iudicis ſententiam amicitia firmetur. Vt inimicitiæ non ſint diuturnę: & vt qui cauſa cadit, amico ſit animo erga victorem. *Trident. & ſacri Can. ſup. def. 267.*

* *Vide Bell. de Rom. Pontif. l. 1. c. 2. 4.*

879 * Sunto leges, quantum fieri poteſt, vt electiones, ac regimen monarchicum ſit. Quot enim capita, tot ſententiæ. Iudiciorum autem diſſentio in voluntatum diſſentionem tranſire ſolet. *Ex Ariſt. in Polit. per totum,*

*præ-*

*præſertim l.5.c.7.& l.8.c.10.*

880 Non eſſe ſingulis concedendum, quod per magiſtratus publicè poſsit fieri. Ne occaſio ſit tumultuum, & inimicitiarum. *ff.de reg.iur.l.137.*

881 *h* Plures eiuſdem rationis, ac ſine ſubordinatione, in eandem multitudinem Principes ne ſunto. Ita enim diu ſtare bonum commune non poterit. *Hieron.7.q.1.c.41. Athan.in orat. adu.*Idola. I*uſtin.in orat.exhor. ad gent. Cypr.de* Idol.*vanit.*

h *S.* I*gn.p.8. c.1.§.6. S.Th. de reg. Princ. lib.* 1. *c.2. & ſeqq: et* 4.*con.gen. c.76.*

882 *i* Cauento qui multitudinem regunt, ne diſsidia ſint inter ſe. Exemplũ enim accipiet multitudo, vt ipſa quoque diſsideat. & inimicitiæ erunt inter eos, qui vnius, & qui alterius Rectoris partes tuentur. & regiminis opera non procedent. *Trid.ſeſs.25.de Refor.c.20.et diſt.54.c.12.et diſt.9. c.11.& diſt.90.c.6.11. & Decc. tit.34.c.1.*

i *Bellarm.in vita c.21.& c.24.& 26. Lud.*Imp.*d.63.c.30. Otho.d.63. c.33.* S.I*gnat.p.8. c.1.§.3.*

883 k Cauento qui multitudinem regũt, ne alter alterius iuriſdictionẽ ſibi vſurpet. Ius enim alterius læditur; & aditus ad inimicitias aperitur. *Trid.ſeſs.6. de Refor.c.5.& ſeſs.25. de Refor. c.3. 20.Nicol.Pap.d.10.c.5.Gelaſ.Pap. d.54.c.12.& d.71: & d.96.c.1.3. 4.5.6.*

k S.I*gn.p.8. c.1.§.3. Ariſt.* 5.*Pol. c.7.8.*

*4.5.6. & 7.q.1.c.27.28.30.31.39. 40. & 9.q.2. & 23.q.8. à c.21. & Can. Apoſt.34. & c. Dudum aduerſus De decimis. & c. Ex parte De priuileg. vide quæ ſacri* Canones *ſtatuunt de nõ recipiendis, vel ordinandis clericis alterius Diœceſis: vt* Concil. *Sardic. cap.* 18.19.

884 Iniurias acceptas eſſe plurimũ diſsimulandas. Alioquin ſemper iurgaberis. Auocabunt etiam animum à conſilijs melioribus lites inutiles. *Exper.*

*l Bellarm. in vita c.36.*

885 *l* Curato ne tueri velis apud te nimium ius decentiæ: modò ea negligẽtia contra commune bonum non ſit. Vana enim illa cura eſt, & odibilis. Chriſtiana humilitas, ac modeſtia amabilis valdè. Eſſet autẽ contra commune bonum, ſi ex ea modeſtia dignitatis contemptus exiſteret, aut iniuſta detractio iuriſdictionis. *Trid. ſeſs.25. de Regular. c.13. & Greg. d.99. c.5. & 23. q.8. à c.26.*

886 Poſcendam eſſe opem ab alijs, etiam ſi valdè neceſſaria non ſit, & conſilia, etiam à minoribus, minuſque prudentibus. Valdè enim amatur hoc officium honoris; eſtque inuitamentum ad amicitiam. *Trid. ſeſs.23. de Refor. c.18. & ſeſs.25. de Regularib. c.5.*

*Auguſt.*

Digitized by Google

*Auguſt.d.*10.*c.*7. & 23.*q.*3.

887 Inuitamentum ad mutuũ amorẽ ſunto munuſcula: *m* modò non ſint lege prohibita. Dona enim ſunt amoris ſigna. *Sum. Eth. d.*2.*q.*2.*p.*6.§.1.

m S. Ignat. p.6. c.2.§.9.

888 Inuitamentum ad mutuũ amorem ſunto humanitatis officia. Sunt enim amoris argumenta.7.*q.*1.*c.*38.

889 *n* Inuitamentum ad mutuum amorẽ ſunto viſitationes: modò ſint moderatæ, & grauiores curas non interpellent, aut impediant. Accipit enim amor incrementum ex amici præſentia. 7.*q.*1.*c.*38.

n S. Ign.p.6. c.2.§.9.

890 *o* Curato, vt grati animi officia erga benefactores exhibeas. Ingratitudo enim eſt odibilis valdè. *Ambr.*1.*offic.c.*31.

o S. Ign.p.4. c.1.

891 *p* Caueto ne cuiuſquam ius lædas, non ſolum iuſtitiæ, ſed neque decẽtiæ. Id enim eſt, quod amicitias ſoluit. *Concil. Cabilon. d.*18.*c.*1.& *diſt.*99.& *Decc.tit* 33. *c.*1. 5. *Concil. Laodic. c.*20. *d.*93. *Non oportet* & *d.*95. *Non oportet.*

p Auguſt. de amic.c.13. Ariſt 9.Eth. c.2.

892 Curato, vt cum negandũ alicui officium aliquod eſt, beneuolus erga te potius, quã offenſus ille remaneat, vel malè affectus. Difficile enim eſt amicitiam

non

non ſolui, cum officiorum, ac beneficiorum exhibitio non eſt. S. Ign. p. 7. c. 2 litt. H.

q Bellar. in vita c. 36.

893 q Eſto diligens, vt alterum honore præuenias. Amabilis enim eſt valdè ea diligentia. 7. q. 1. c. 38.

r Ariſt. 5. Politic. c. 7. 8.

894 r Caueto ne ſigno vllo oſtendas velle te alijs præferri; aut eſſe te ſolum, qui ſapias, aut qui ſolus agas pro publico bono. Ea enim ſignificatio inuidiã concitat, & inimicitiam. Aug. de amic. c. 13.

895 Caueto ne ſigno vllo oſtẽdas te vllum contemnere. Contemptus enim iram, & odium parit. Aug. de amic. c. 13.

s S. Ign. ex. c. 2. §. 6.

896 s Eandem morum rationem in omnes ciues inducẽdam eſſe, quantum fieri poterit. Parit enim amicitiam morum ſimilitudo. Ex exper.

897 Caueto ne in cœtus cœnobiticos multitudinem inducas eorum, qui vitia ſua non benè domuerunt. Nec enim ordinem fert, nec vnionem animorum. S. Ign. p. 8. c. 1. §. 2.

Sectio

Digitized by Google

## *Sectio VI. De amicitia cum exteris.*

898 *t* AMicitiam cum exte- t S.Ign.*par.*
ris iniendam,& con- 10.§.11. & 
ſeruandam eſſe. Vt ſit pax Reip. *litt.B.*
Vt ſit externum auxilium,cum
opus fuerit. Vt ſit facilis rectarũ
actionum aditus etiam in exte-
ros. *Ambr.* 1.*offic.c.*42.

899 *u* Caueto ne ius gentium u *Ariſt.*5.*Po*
in exteris lædas. Publicarũ enim *lit.c.*8.
inimicitiarum, iuſtorumq; bello-
rum occaſionem præbet hoc ge-
nus iniuriæ. 23.*q.*2.

900 *x* Præcidendas eſſe bel- x *Ariſt.* 5.
lorum occaſiones,non cõſectan- *c.*8.
das. Nam turpe eſt bellorũ occa-
ſionem præbere,ſi ea ſint iniuſta.
Commodius autẽ eſt pace,quàm
iuſto bello, publicum bonum
procurare. 23.*q.*2.

901 Amicitiæ conſeruãdæ ra-
tionem eandem ferè cum exteris
eſſe,quæ cum ciuibus eſt. Eiuſdẽ
enim hominũ naturæ ſunt exteri,
ac ciues ipſi. *Sup.ſect.*5.*per totum.*

902 Amicitiarum cum exteris
conſeruandarum inuitamẽta eſſe
commercia. Conſuetudo enim
amorem parit. *Ariſt.*3.& 5.*Polit.*



Digitized by Google

903 Cum exteris cōmercia ne ſunto: ſi corrumpendæ religionis periculū ſit. Non ſunt enim amicitiæ iungendæ, cum periculum eſt religionis, & inimicitiæ diuinæ. *Decc.l.5.tit.6.de* Iud.*&* Sarac.

904 Non eſſe bella cōponenda cum exteris, ſi periculū ſit religioni. Potior enim eſt religio, humanis cōmodis. *Ex deſ.præced.*

905 Pacis fœdera ſeruantor: ſi iuſta ſint. Turpiſsimū enim eſt ea non ſeruare. *Ariſt.5. Polit.c.8.*

906 Amicitiam cum exteris, mittēdis legationibus conſeruari, iungique. Signa enim ſūt amoris vt epiſtolæ, ita & legati. Hoc inuitamenti genere Summi Pontifices traxere ſæpè exteros ad amicitiam Chriſtianæ religionis. *Prax.comm.*

y *Ambr.2. offic.21.*

907 *y* Hoſpitalitatis officium, præſertim à Principibus exhibendum eſſe. Conciliat enim hoſpitalitas amorem. *Diſt.4 c.2.*

908 Infideles bella contra nomen Chriſtianum gerentes, non eſſe ope vlla iuuādos. Eſſet enim genus hoc amicitiæ impium. *c. Significauit, & c. Quod olim De* Iud*æis, Sarac.&c. & c.* I*ta quorundam, et c. Ad liberandam, et c. Multa mentis Extrau.eo.tit.*

*Caput*

*Caput Vndecimum.*

# De Iuſtitia.

909 TRibuendum eſse cuique ius ſuum. Vt enim iniuria corrumpit amicitiam: ita conſeruatio iuris alieni eã ſeruat, atque conciliat. Amicitia autem potiſſimum medium eſt ad felicitatẽ, *a* vt ſupra dictum eſt. *Inſtit. l.* 1. *§. Iuris præcepta. Trid. ſeſs.* 25. *de Refor. c.* 20. *Gelaſ. Papa d.* 54. *c.* 12.

a *Procem. n.* 2. 7.

910 Obſeruandas in iure cuiuſque tuendo leges eſſe, non ſolũ diuinas, ſed humanas quoque. *b* Nam cum multa, vt ciuile dominium, ac bonorum poſſeſsio, non à naturali, diuinoque iure pendeant, ſed habeantur iure humano: ad eum ſpectat ius illud determinare, qui communitatis caput eſt, habetque ſupra ſubditorum bona ius altum. Seruandũ ergo eſt illud ius eo modo, quo à Superiore legibus decretum eſt. *Trid. ſeſs.* 25. *de Reform. c.* 20. *Nicol. Pap.* I. *d.* 10. *c.* 8.

b *Vide Par.* 1. *d.* 11. *à n.* 11.

911 *c* Ea, quæ de iure naturali cenſentur, vbique, & apud omnes eſſe ſeruanda. Sunt enim neceſſaria. *Inſtit. l.* 1. *§. Sed naturalia.*

c *Ariſt.* 5. *Eth c.* 7. *Molina de iuſt. tr.* 1. *d.* 4.



Digitized by Google

912 Cum dolo agendũ nunquam eſſe. Accidit enim ſemper iniuriam inferri alteri, quoties cõmittitur dolus. *Ex Iure vtroque.*

913 Scienti, & conſentienti neque iniuriam, neque dolum fieri. *c. Scienti l. 6. de reg. iur.*

914 Quod tibi non vis, alteri ne facito. Optima enim regula ad intelligendum quid alterius ius lædat, eſt id, quo arbitraris lædi ius tuum. *ff lib. 2. tit. 2. quod quiſque iuris in altero ſtatuerit, vt ipſe eodem iure vtatur. & 2. q. 1. c. 13. & Decr. tit. 33. c. 13.*

915 Caueto ne bona, quæ ad diuinum cultum, piaque opera ſpectant, vſurpes quoquo modo. Eſt enim hoc non ſolũ iniuſtum, ſed etiam impium. *Trid. ſeſſ. 22. de Refor. c. 11. & diſt. 96. c. 1.*

916 Si quid apud te alteri debitum fuerit, reſtituito. Ne iniuſtus viuas. *S. Ign. ex. c. 4. §. 1.*

917 Caueto ne cuiquam ſis damno. Reus enim eris damni iniuſtè illati. *Decc. l. 6. De iniurijs, & dam. dat.*

Sectio

Digitized by Google

## *Sectio I. De Iuſtitia erga Deum.*

### *Siue*
### *De Religione.*

918 DEberi diuinis dictis fidem ſummā. Deus enim neque falli poteſt, neque fallere ob infinitam eius ſapientiam, & bonitatem. Quare iniuria fit Deo, niſi ſumma eius auctoritati fides habeatur. *Par.* 1. *prop.* 1415.

919 Eſto fides, quæ diuinis dictis exhibetur, cum pietate, coniuncta. Nam niſi cum voluntatis propenſione credideris, vt Deo preſtes obſequium, non erit fides Chriſtiana. Dæmones etiam illo alio modo credunt, credibilitatis euidentia conuicti. *Introd. Par.* 1. *prop.* 1322.

920 Non eſſe à confeſsione, Fidei recedendum, neque ſi vitæ, & acerbiſsimarum pœnarum, diſcrimen ſit. Nam cedit in iniuriam diuinæ auctoritatis, quæuis circa diuinā veritatē dubitatio, etiam ſi dubitationis ſigna ſolum externa ſint. *Intr. Par.* 1. *pr.* 1349.



Digitized by Google

921 Iniuriā ſacere diuinæ auctoritati eum, qui ſcire neglexerit, quæ ſciri iuſſerit Deus. Contemnit enim diuinam auctoritatem. *Par.* 1. *prop.* 1345. *&* *ſeqq.*

d S. *Ign. lib. exerc. ſpir. in reg. Vt cum Eccl. ſent.*

922 *d* Omni proprio iudicio ſublato, paratum ſemper, promptumque animū habeto ad obediendū Eccleſiæ. Eſt enim Chriſti ſponſa, & diuinæ veritatis interpres. *Par.* 1. *diſt.* 7. *n.* 22.

e S. *Ign. lib. exer. De ſent. cum orthod. Eccl.*

923 *e* Caueto ne non laudes, commendeſq; Eccleſiæ traditionem omnem, & decreta, & ritus. Regit enim Chriſtus Eccleſiam. *Par.* 1. *ſupra.*

f S. *Ign. p.* 10. §. 1. S. *Car. Borr. in vita l.* 8. *c.* 7.

924 *f* Diuinæ bonitati, promiſsiſque ſpem ſummam deberi. Faciunt enim nobis ſpem de remiſsione habenda peccatorum, de æterna felicitate acquirenda, infinita bonitas Dei, quæ tota propenſa eſt ad ſe communicandum; & infinita eius bonitatis communicatio facta iam humanitati Chriſti propter noſtram ſalutem, & nobis ipſis per mortē Chriſti Filij Dei; & infinita Dei veracitas, quæ veniam, vt par eſt, petentibus, gratiam, & bene agentibus vitam æternam promittit. *Baſil. in reg. breu. q.* 12. 13. *vide Par.* 1. *diſt.* 8.

925

925 g Præcipua vis ad omne te agendum impellens eſto ſpes in Deum. Magnam enim efficacitatem habet ſpes illa. Neque fefellit vnquā ſperantes vt oportet. *Eccleſiaſticus c.2.n.11.*

g S. *Carolus Borr. in vita l.8.c.7.*

926 *h* Iniuriam facere diuinæ bonitati, promiſsiſque, qui diuinam gratiā aut deſperat, aut ſperat temerè. Nam diuinæ bonitati, ac promiſsis debetur ſpes: diuinis autem auxilijs, ac prouidentiæ, vſus debetur mediorum ad ſalutem à Deo ſtatutorum, & cooperatio noſtra. *Baſilius in reg. breu.q.13.*

h S.I*gn. lib. exer.rr.1. de diſcer. ſpirit. r.11.*

927 *i* Ita in Deum ſperato, vt putes nihil boni eſſe ab vllo poſſe ſine eius auxilio. Ipſe enim eſt, qui operatur omnia in omnibus. *Supra def.569.*

i S. I*gnat. p.10.*

928 k Ita in Deum ſperato, vt putes nullum te à Deo auxiliū habiturum, niſi ipſe eius auxilijs coopereris, & adhibeas etiam humana præſidia, quantum tulerit recta ratio. Ea enim eſt ratio diuinæ prouidentiæ; quæ attingit à fine, vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. *Supra def.569.*

k S. I*gnat. p.10. & lib. exer.rr.1. de diſcern. ſpir. r.11.*

929 Diuinæ bonitati, doniſq; amorem ſummum deberi. Bonum



Digitized by Google

enim noſtrũ ſummum Deus eſt. *Par.* 1.*prop.* 1520.*&* *ſeqq.*

930 Iniuriam Deo facere, qui amat aliquid plus, quàm Deum. Non enim eſt aliquid magis amabile, quàm Deus; neque quod nobis ſit magis bonum. *Par.* 1. *ſupra.*

931 Diuino numini cultum deberi. Primum enim omnium principium, & ſumma eius ſanctitas, ac perſectio, ſumma veneratione digna eſt. S.*Th.* 2.*de reg. Princ.c.*16.

932 Iniuriam Deo facere, qui temporibus diuina lege, vel humana ſtatutis cultum nõ exhibet Deo. Vt ſi quis omitteret venerari Deum longo tempore; aut ſacrificio diebus feſtis legitimè non impeditus nõ intereſſet. Eſt enim aliquãdo reddendum, quod alteri debetur. *Can.Apoſt.*7.

933 * Iniuriam Deo facere, qui de ſuis bonis diuini cultus Miniſtris non ſubuenit secũdum leges. Debet enim quiſque curare vt Deo cultus ſit. *Trid.ſeſs.*25. *de Refor.c.*12. *&* 16 *q.*1.*c.*65.66. 67. *&* *q.*2.*c.*2.3.4.*&* *q.*7. *&* *Decc. tit.*30.*de decimis.&* *l.*6.*eo.tit.*

* *De fine decimarũ vide* Conc. *Tiburienſe c.*13.

*l* *Par.*1. *d.* 11.*n.*199. *Vide PP. de conſecr. d.*1.

934 *l* Deo cultum illegitimũ ne exhibeto. Cedit enim in iniuriam

riam Dei, quod contra Dei voluntatem exhibetur. Vt ſi quis ſacrificia offerret veteris legis; aut ritibus vteretur non inſtitutis ab Eccleſia. *Trid. ſeſſ.* 22. *decr. de obſeru. in celebr. Miſſ. & ſeſſ.* 25. *de Purgat. & de ſacris* Imag. §. *In has. Concil. Gangrenſe d.* 30. *et d.* 93. *c.* 21. 22. & 2. *q.* 5. *c.* 20. & *Can. Apoſt.* 69. 70.

935 Iniuriam Deo facere, qui cultum Deo irreuerenter reddit. Debetur enim diuino numini reuerẽtia. *Trid. ſeſſ.* 21. *c.* 8. *de Refor. & ſeſſ.* 22. *de obſer. in celebr.* Miſſ. & *ſeſſ.* 25. *de inuoc. Sanct.* §. *In has autem, & Clem. Præſenti De Baptiſmo.*

936 *m* Iniuriam Deo facere in cultu debito, qui irreuerenter agit circa perſonas Deo dicatas, aut ſacra inſtrumenta. Vt ſi quis Clericum percuteret, aut Monialem violaret, aut Eccleſiam pollueret, aut furto vaſa ſacra ſurriperet. Debetur enim his, ac ſimilibus reuerentia, quatenus ordinata ſunt ad cultum Dei. 17. *q.* 4.

m *Par.* 1. *d.* 11. *n.* 195.

937 *n* Iniuriam diuinæ auctoritati facere, qui ſacra Scripturæ verba ad prophana queque conuertit, ac torquet. Vt ad ſcurrilia, fabuloſa, vana, adulationes, detractiones, ſuperſtitiones, im-

n S. *Carolus Borrom. vita l.* 8. *c.* 2.

pias, ac diabolicas incantationes, diuinationes, ſortes, libellos famoſos. *Trident. ſeſſ. 4. in fin.*

938 Caueto à deuotionibus indiſcretis. Solent enim eſſe cauſa, vt quis in illuſiones, & non exigui momenti errores incidat. *S. Ign. p. 1. c. 3. §. 12.*

939 In ſpiritualibus deuotionis exercitijs à dæmonis illuſionibus caueto. Solet enim dæmon transfigurare ſe in Angelum lucis. *S. Ignat. p. 3. c. 1. §. 10.*

o *Par. 1. d. 11. n. 195.*

940 *o* Iniuriam Deo facere, qui Sacramenta cũ peccati mortalis macula vel ſuſcipit, vel adminiſtrat. Dei enim ſanctitatem participãt Sacramenta, quatenus diuinæ gratiæ ſunt inſtrumenta. Debetur autem participationi diuinæ reuerentia. *Trid. ſeſſ. 13. de Euch. Sacr. c. 7. & De conſecr. diſt. 2. à c. 24. & c. De homine De celebr. Miſſ.*

p *Par. 1. d. 11. n. 197.*

941 *p* Iniuriam Deo fieri, ſi res ſacræ, quatenus ſacræ ſunt, temporali pretio commutentur. Debetur enim ea reuerentia rebus ſacris, quatenus ad Deum ordinantur, vt ad auctorem gratiæ; vt æſtimentur nullo temporali pretio compenſabiles. *Iuſtin. Imp. Auth. de Sanctiſſ. Epiſc. tit. 6.*

*Hon.*

Digitized by Google

*Hon. 123. S. Prae omnibus. & PP. 1. q. 1. per totum, & qq. ſeqq. & 13. q. 2. c. 12. 13. & ſeq. & c. Monachi De ſtatu mon.*

942 *q* Ne quicquam verbis, aut factis agito, per quod de Dei perfectione te dubitare, ac de ea velle experimentum ſumere ſignifices. Id enim eſſet iniuſtè contra diuinam reuerētiam agere, ac Deum tentare. S. *Thom. 2. 2. q. 97.* — q *Par. 1. d. 11. n. 192.*

943 *r* Diuinum teſtimonium ad falſitatem confirmandam ne aſſumito. Debetur enim veracitati diuinæ ea reuerentia, vt ad ſolam veritatem confirmandam in teſtimonium iurando aſſumatur. S. *Th. 2. 2. q. 98.* — r *Par. 1. d. 11. n. 193.*

944 *s* Diuinum teſtimonium ad aliquid illicitum confirmandū ne aſſumito. Eſſet enim ac ſi ad falſitatem confirmādam aſſumeres: quia illicitum non debet fieri. S. *Thom. ſupra.* — s *Par. 1. ſupra.*

945 *t* Caueto ne ſine iudicio, ne facile, ne ſine conſideratione iures. Exponis enim te periculo iurandi falſum. Quod maximè eſt contra reuerentiam Dei. *Vide Decr. l. 2. tit. 7. de iuram. calum.* — t *Par. 1. ſupra.*

946 Iuramenti leges in iudicio ſeruantor. Sunt enim ad re-



Digitized by Google

uerentiam iuramenti. *Vid. Decr. l.2. tit. de iur. calum.*

*u Par.1. ſupra n.200. Vide PP. de conſecr. d.1. & ſeq. S.Ignat. p.4. c.8. §.2.*

947 *u* Ne ritus in publico Dei cultu adhibeto, quos Eccleſia nō inſtituerit. Ad dirigendum enim cultum publicum ratio, ac regula publica debet eſſe. *Trid. ſeſs.2. de obſer. & vit. in celebr. Miſſæ. & ſeſs.25. de Purg. Conc. Gangr. d.30.*

*x Par.1. ſupra n.200. Vide* PP. *de conſecr. d.* 1. *& ſeqq.* S.*Ignat. p.*4. *c.*8. §.2.

948 *x* Eos ritus in cultu publico adhibeto, quos inſtituit Eccleſia. Ne diuino cultui facias iniuriam, cui debiti ſunt ritus ab Eccleſia inſtituti. *Trident. ſeſs.7. de Sacr. can.13. et ſeſs.13. de Euch. c.5. & ſeſs.22. de ſacrif.* Miſs. *cc.4.5. & ſeſs.22. de Matr. can.11. Baſil. d.11. can.5.*

*y* Par.1.*d.* 11.*n.*201.

949 *y* Ne quid vt impetratiuum diuinorum beneficiorum aſſumito, quod verè impetratiuum non eſt. vt ſi amuletum geſtes, & ſigna quæcũque, neque à Deo, neque ab Eccleſia inſtituta. Hæc enim vt diuini cultus aſſumuntur, cum diuini non ſint. Inſtitutæ ad impetrandum ſunt à Deo preces, ab Eccleſia, ea, quæ ipſius Eccleſiæ precibus conſecrantur; vt Aqua benedicta, & ei ſimilia. S.*Th.*2.2.*q.*96.

*z* P*ar.*1.*d.* 11. *n.*205.

950 *z* Ne cultu vllo Deum vllum agnoſcito, præter vnum.

Vnum

Vnum enim eſt principiũ omnium, quod Deus eſt: cui diuinus cultus debetur. S.*Th.*2.2.*q*.94.

951 *a* Ne vllum vt occultorum, quæ latent in cordibus, & futurorum liberorum cognitorē agnoſcito, præter vnum Deum. Ea enim agnitionis reuerentia ſoli Deo debetur, qui ſolus corda ſcrutatur, & futura libera videt. S.*Thom.*2.2.*q*.95. *vid.*26. *q*.3.4.5.

a *Par.*1.*ſupra n.*206.

952 *b* Ad ſcientiam, aut ad ſanitatem acquirendam, aut ad pericula vitanda, ne quid aſſumito, quod per nullã Dei diſpoſitionem ſiue naturalem, ſiue ſupernaturalem, ad ea efficienda vim habet. Eſſet enim hoc contra reuerētiam, quæ diuinæ prouidentiæ debetur. 26.*q*.1. *S.Th.* 2.2.*q*.96.

b *Par.*1.*ſupra n.*211.

953 *c* Ne quid obſeruato vt ſigna futurorum euentuum, quæ nullo modo eorum neque naturalia, neque ſupernaturalia ſigna ſunt. Eſſet enim etiam hoc contra reuerētiam, quæ diuinæ prouidentiæ debetur. *Hieron.*26 *q*.2. *c*.8.9. S.*Th.*2.2.*q*.95.

c *Par.*1.[illegible]

954 *d* Caueto ne verbo, vel ſigno alio præferas quicquam, quod Dei perfectioni conformum non

d *Par.*1.*d.* 7.*n.*49.*&* *d.* 11.*n.*213. S.*Car.* *Borr.* *vita l.*8.*c.*2.

nón ſit. Eſſet enim contra reuerentiam, quæ ſummæ perfectioni debetur. Vt ſi diceres, Deum eſſe corporeum, aut humana nō curare, aliamve huiuſce generis blaſphemiam, *Decc.l.5.tit.26. de maledicis*. S.*Th*.2.2.*q*. 13.

e *Par*. 1.*d*. 11.*n*.93.94.

955 *e* Eſſe vota Deo reddenda, Sunt enim promiſsiones factę Deo. 17.*q*.1. *vid.praxim in Decc. l.3.tit.34. De voto, & voti redempt.*

956 Caueto ne quid turpe, vanumve promittas Deo. Eſſet enim irreuerētia. S.*Th*.2.2.*q*.88.

f. *Par*.1.*d*. 11.*n*.67.

957 *f* Deuotionem deberi Deo, ideſt, promptum animum ad exequendum omnia, quę pertinent ad ſeruitium Dei. Id enim & ſumma Dei poteſtas, & noſtra poſtulat indigentia. S.*Th*. 2. 2. *q*.82.

958 Cultu externo ſacrorum ſignorum, vt Imaginum; geſtuū corporis, vt genuflexionum; diuinæ laudis ore prolatæ; mortificatione carnis; cultum deuotionis internum excitandum eſſe. Pendet enim à ſenſibus externis animus noſter, vt permoueatur. *Trid.ſeſs.22. de ſacrif.Miſ.cc*.4.5.

g S.*Carolus Borrom. vita l.8.c.2.*

959 *g* Ritus colendi publicè Deum quanta maxima fieri poteſt, maieſtate, ac reuerentia

exhi-

Digitized by Google

exhibendos eſſe. Nam & ita decet coli Deum, & ita populum ad Dei cultum excitari. *S.Thom.* 2.2.*q*.81.82.

960 Sacerdotes, præſertim Epiſcopos, paterno quiſque honore, ac reuerentia proſequitor. Sũt enim diuinorum miniſtri Sacerdotes, & Epiſcopi Paſtores. *Trid.ſeſs.*25.*de Refor c.*17.20.

961 *h* Orationẽ deberi Deo. Per eam enim illum agnoſcimus vt primum principium bonorũ omnium, à quo quodcũque bonum petendum eſt. Quare hoc genus debiti negamus Deo, cum neceſsitas noſtra vrget, vel proximorum noſtrorum, nec tamen recurrimus ad opem diuinam. *De conſecr.d.*1.*c.*69.70. *c.Presbyter De celeb.Miſs.Liberius Pap.Decr.*3.

h *Par.* 1. *d.* 11.*n.*90. *Conc. Laod. c.*18.

962 *i* Inuocandos eſſe Sãctos cum Chriſto regnantes in cælo. Statuit enim Deus plurima bona non niſi à Sanctis rogatus largiri hominibus. *Trid.ſeſs.*25. *de inuoc. Sanct.*

i *Par.*1. *d.* 11.*n.*77.

963 Pro bono publico publicam orationẽ eſſe debere. Exigit enim ratio primi principij, à quo eſt omne bonum, vt bonum publicum ab ipſa multitudine petatur à Deo. *Trid.ſeſs.*2. *Pius* IV.

in

*in bull. confir. Concil. Trid. Concil. Aurelian. de conſecrat. d. 3. c. 3. & c. Presbyter De celeb. Miſſ. et Extrau. Diſcipulorum l. 3. de celeb. Miſſ.*

964 Eſſe aliquos debere, quorum perpetuũ munus ſit orare, colereq; Deum nomine publico. Nam excellentem, ratumq; cultũ exigit diuina Maieſtas. Talis autem cultus difficilè poteſt eſſe, niſi ei addicantur aliqui certi, inſtructique. *Clem. de conſecr. d. 1. c. 13. & c. Presbyter De celebr. Miſſ. & Clement. l. 3. de celebrat. Miſſ. Damaſ. Pap in ſuis Decr. & Concil. Later. ſub Leon. X. ſeſſ. 9. c. 9. quod decreuit beneficiorum fructus non facere, qui Officium non dixerit.*

*k Par. 1. d. 11. n. 85. Vide de conſecr. d. 1. & ſeqq.*

965 k Eſſe ratum debere, certumque modum colendi Deum nomine publico. Ita enim quiſque diuini cultus miniſter ſciet, quid ſibi agendum ſit ad colendũ Deum nomine publico. Ideo Eccleſia Ritus ſacros inſtituit pro recitandis Horis canonicis, & pro ſacrificio, Sacramentiſq; miniſtrandis. *Bracar.* I. *d. 12. can. 14. Concil. Salegrenſtæ d. 76. c. 3. & de conſec. d. 6. à c. 13. & c. Presbyter, & ſeqq. de celebr. Miſſarum, &c. Leo* I. *ep.* 81.

966 Deberi Deo contempla-

tionem

Digitized by Google

-tionem maieſtatis, atque præſtā-tiæ. Nam ad eam contemplationem nos condidit. *Sup.d.146.*

967 Deberi Deo gratiarum actiones. Hanc enim compenſationem exigunt beneficia. *Trid. ſeſs.13.c.5.de Euchar. Pius* IV. *in bull.confir.*Concil.*Trid.*

968 Deberi Deo cultū laudis. Hunc enim ex ſe cultum exigit infinita Dei perfectio,& cōtemplationis munus, ad quod nos condidit Deus. Quoniam id eſt diuina laus, contemplatio diuinarum perfectionum cum complacentia, & approbatione. *Diſt.91.c.1.2. & De conſecr.d.1. à c.54. & c. Presbyter De celebrat. Miſſarum, &c.*

969 l Debere Deo cultum publicum in locis ſacris,Deoque dicatis tribui. Id enim exigit reuerentia, quæ nomine publico exhibetur Deo. *Trid.ſeſs.13.c.5. de Euch. diſt.91.c.1.2. PP.de conſecr.d.1.*

l *Par.1. d.11.n.81. & d.4.n.28.*

970 Externum cultum, qui redditur Deo, eſſe interna deuotione ſociandum. Externi enim religionis actus ab internis actibus formam recipiunt. *Diſt.92. c.1. & c.Dolentes De celebrat. Miſſ.* VI.*Syn. can.75.*



Digitized by Google

m S.Carolus Borrom.vita l.8.c.2.

971 *m* Colendam eſſe Deiparam præſtantiore cultu, quàm Sanctos cęteros. Præſtãtior enim cultus debetur Dei parenti. *Vide Extrau. Cum præcelſa. & Grauе nimis l.3. de Reliq. & ven. Sanct.*

n S.Carolus Borrom.vita l.8.c.2.

972 *n* Exhibendum eſſe Deo cultum externum, voce, opere, geſtu corporis. Quoniam quicquid ſumus, Dei ſumus: proinde exhibere debemus Deo in cultũ quicquid ſumus, & quicquid habemus. Habemus autem non ſolum animum, ſed corpus etiam, & bona externa. *Ex Trid. ſeſs.13 c.5. de Euch. & ſeſs.25. de Regular. c.13. & ſeſs.25. de delect. cib. in fin. & c. Sane De celebr. Miſs.*

o l. de ecclеſ. dogm. c.73. Theodoſ. & Valẽt. Impp. l.vn. c. Nemini lic. ſignũ Saluat. &c. Bellar. vita c.35. in fin. S.Car. Borr. vita l.8.c.2.

p Par.1.d. 11.n.111.

973 *o* Adorandos, & colendos eſſe Sanctos; & eorum Reliquias, & Imagines venerandas. Habent enim excellẽtiam veneratione dignam, quatenus diuinę naturæ participes ſunt ratione tum gratiæ, tum viſionis beatæ. *Trid. ſeſs.25. & diſt.30. c.9.10. & De conſecr. d.3. à c.27. & Decc. l.3. tit.45. & l.6. tit.16. de offic. Ordin. c.2. in fin. & tit. de Reliq. & vener. Sanct. & extr. tit. eo. vide Bellar. de Reliq. Sanct. l.2. c.3. & l.3. c.8. de peregrinationibus.*

974 *p* Externũ ſacrificij cultũ

ſoli

Digitized by Google

ſoli Deo exhibendum eſſe. Ex externis enim cultibus nullus maior ſacrificio, quo quod offertur, immutatur, in teſtimonium perfecti dominij, quod habet is, cui offertur, in id quod offertur. Quare ſacrificium ſoli Deo debetur. *S.Th.2.2.q.85. Quomodo Miſſa celebretur pro Sanctis vide Bellar.de* Miſſa *l.2.c.8.*

975 * Eſſe Deo ſacrificium corporis, & ſanguinis Chriſti ſecundum ritus à Chriſto ipſo, Eccleſiaque præſcriptos exhibendum. Ne tantus cultus aut verus non ſit, aut illegitimus. *Vide Ritus in* Miſſ*ali, & De conſec. d.2. & Can.Apoſt.3.4. & Teleſph. in ep.decret.*

976 *q* Eſto diuino ſacrificio præſens ſaltem diebus ab Eccleſia præſcriptis. Debetur enim is cultus Deo. *De conſecr.d.1.c.64. & ſeqq. & Can.Apoſt.9.*

977 *r* Ex externis ſacrificijs nullum aliud Euangelij tempore offerendum Deo, præter ſacrificiũ corporis,& ſãguinis Chriſti. Hoc enim ſolum ſacrificium dignum Deo,quo infinita Deo reuerẽtia exhibetur, quatenus per illud offertur Deo Filius ipſe Dei, verus Deus. Quod figurarunt

* *Felix* I.*cõſtituit ſupra memorias, et ſepulcra Martyrum Miſſas celebrari. De azimo, vel fermẽtato pane, Euchar. materia, vide in Conc. Florẽt. & Bellar. de Sacr. Euch. l.4.c.8.*

q *S.Ign.p.4.c.4.§.3. & c.16.§.1.*

r *Par.1.d.4. à n.29.*

runt ſacrificia veteris legis; & ab ipſo Dei Filio eſt inſtitutum; & cuius principalis offerens eſt Filius Dei. *Trid.ſeſs.22.c.1.de Miſſ. ſacrif. De Miſſis pro defunctis vide Bellar. de Miſſa l.2.c.7.*

978 *s* Dies feſtos, quos Eccleſia præceperit, ab omnibus ſeruandos eſſe. Sunt enim feſti dies ad vacãdum cultui Deo debito. *Trid.ſeſs.25.de Regular.c.12. et de delect.cib in fin. & diſt.30.can.7.& de conſecr. d.3. c.1.2. & à c.21. de Paſchate, & Can.Apoſt.7. & Decc. l.2.tit.9.de ferijs. & Clement. Si dominum De Reliquijs, &c. & Concil. Tiburienſe c.35.*

*s Leo, & Anth.* Impp. *l.* 10. C. *de ferijs. De celeb. Paſchatis die Dom.* Pius I. *Victor.* Papa *de cõſec. d.3. c.* Celebritatem. *De die Dominico* Concil. *Laodic.c.29.*

979 *t* Eſſe perſonis, templis, veſtibus, vaſis Deo ſacris reuerentiam exhibendam. Habent enim ex diuino cultu ſanctitatẽ. *Trident.ſeſs.25.de Reform.c.20.& d.30. c.9 10. & diſt.45. c.28. & d.96. c.8. & 6.q.1. & Decc. l.3. t.1.c.1.*

*t S.Car.Bor. l.8.c.2. Vid.* Concil. *Matiſco.* II. *c.15. & Cabilon.can.17. 19.*

980 *u* Eſſe munda debere, ac decentia Templa, vaſa, veſtes, ac cætera, quæ in diuini cultus vsũ ſunt. Exigit enim hoc genus reuerẽtiæ diuinus cultus. *Trid.ſeſs. 22. Decret.de obſer.in celebr.Miſſæ. & c.Sane De celeb.Miſſ. & c.Relinqui De cuſtodia Euch.&c.*

*u S. Carolus Borrom. vit. l.8.c.4.*

981

981 Pollutam, immundamq; habendam eſſe Eccleſiã, in quam humanus ſanguis, aut ſemen effuſum fuerit; & in qua Paganus ſepultus, aut excommunicatus. Turpe enim genus maculæ id eſt, ſecũdum moralem exiſtimationem: quod dedecet loca diuino cultui dicata. *De conſecr. d.* 1. *c.* 19. 20. 27. 28. & *Decc. l.* 3. *tit.* 40. & *l. 6. de conſecr. Eccl.*

982 Deberi diebus ſacris eam reuerẽtiam, vt eo tempore lites, & bella ne gerantur. *Decc. tit.* 34.

983 Eſſe templa, aras, veſtes, vaſa, miniſtros ipſos diuino cultui neceſſarios, dicandos, conſecrandoſque in eum cultum. Nam hoc etiam genus reuerentiæ exigit cultus diuinus. *PP. de conſecr. d.* 1. & *ſeqq.* & *de conſecr. d.* 2. *c.* 29. *vide Bellar. de cultu Sanct. l.* 3. *c.* 5.

984 x Non eſſe res vllas diuino cultui dicatas, prophanis vſibus addicendas. Eſſet enim contra diuinam reuerentiam. *Honor.* & *Theod. Impp. l.* 5. *C. de ſacroſanct. Eccl.* & *diſt.* 42. *cc.* 4. 5. 6. 7. & 17. *q.* 4. & 19. *q.* 3. *c.* 4. 5. & *de conſecr. d.* 1. *à c.* 38. & *Can. Apoſt.* 71. 72. & *c. Semel l. 6. de reg. iur. Bracar.* III. *can.* 2. VI. *Syn. c.* 68.

985 * Deberi rebus, perſonis, ac

x *S. Caroli Borrom. vita l.* 8. *c.* 2. 4.

* *Vide Conc.* M*atiſcon.* II. *c.* 8. *de fugientibus ad Eccleſ. et ne laici iniuriã inferant eccleſiaſticis cc.* 9. 10. & *Toletanum* XII. *can.* 10. & *Cõc.* Magun. *can.* 39. & *PP. apud Bellar. de Cler. l.* 1. *c.* 28.

Digitized by Google

ac locis Deo ſacris eam reuerentiam; vt eorum ius nullo modo lædatur. Eſt enim ius ad eccleſiaſticam ſpectans Hierarchiam; cui maximè hoc reuerentiæ genus debetur. *Trid. ſeſſ.25. de Refor. c.20. Concil. Arauſ. d.87. c.6.* & *12. q.2. per totum.* & *q.2. c.22. 24.25.46.47.* & *ſeqq.* & *13. q.2.* & *15. q.6.* & *17. q.4. à c.6.* & *c. Felicis l.6. de pœnis.* & *Clement. l.5. eo. tit. vid. infr. deff. 1255. 1256.*

986 Deberi vaſis ſacris eam reuerentiam vt diligenter cuſtodiantur; vt non tangantur ab omnibus. Vt excitentur homines ad reuerentiam in ſacra myſteria. *23. diſt. c.25.26.30.31.32.* & *De conſecrat. d.1. c.41.42.* & *Decc. l.3. tit.44. Siſt. I. in Sum. Concill.*

987 Deberi veſtimentis ſacris eam reuerentiam, vt non ſit eorum vſus omnium, neque omni in loco. Vt excitemur ad reuerenda ſacra myſteria. 23. *d. c.27.* 28. & *De conſecr. d.1. à c.38.*

988 Deberi verbo Dei eam reuerentiam, vt non à quolibet publicè prædicetur. Non enim omnes apti ſunt ad prædicãdum verbum Dei. 23. *d. Can.29.*

989 *y* Deberi locis ſacris eam reuerentiam; vt non niſi ſacræ in eis

*y Baſilius in Aſcet. c.40.*

eis actiones peragantur. Loca enim ſacra ad vſus ſacros inſtituta ſunt. *Diſt.42.cc.4.5.6.7.et Decc. l.3.tit.44. & 49.* VI.*Syn.can.*74. 76.88.97.

990 z Deberi locis ſacris eam reuerentiam, vt in illis impij ad ſepulturam non admittantur. Nõ enim decet. 13.*q.2.à c.16.de conſecr.d.1.c.27.28.et Decc.l.3.tit.*40. *& c. Decet domum l.6. de immun. Eccleſ.*

z *Gratianus, Valentin. & Theo.* Impp. *l.2. C.de ſacroſ.Eccl.*

## *De eccleſiaſtica Hierarchia.*

991 ELigendum eſſe caput viſibile Religionis veræ vnum, ſummũque, Vicarium Chriſti, ſucceſſorem Petri, Romanum Pontificem. Hoc enim Chriſti inſtitutio, & eccleſiaſtica traditio iubet; & ratio ipſa docet: ne ſint homines incerti cuius ſentẽtiam, ſectamve ſequi debeant vt regulam credendorum, & agendorum. I*uſtin.Imp. l.vlt. C.de ſum.Trin.& Fide Cath. §.Reddentes honorem.& Conſtant.* I*mp.d.96.c.*14. *& c. Licet De elect. Leo* I. *epiſt.89.c.1. Anacl.Pap.ep.3. Concil.Nicæn.in præfat.*

992 a Eſſe ratos, certoſque debere ritus dedicationis, & cõſecra-

a *Vid.De cõſecr. d.1. & ſeqq. et Can. Apoſt.et Decc. l.3.tit.40. de conſecr.*

ſecrationis: quos Romanus Pontifex decreuerit, aut probauerit. Ne vagemur in ritibus; & vt ſimus certi eos veros eſſe; quippe à Romano Pontifice, qui in proponẽdis credendis, agendiſque, non poteſt errare. *Trid. ſeſſ. 22. de ſacrif. Miſſ. cc. 4. 5. & ſeſſ. 23. de Sacr. Ord. can. 5. vid. diſt. 23. à can. 7. & diſt. 38. c. 2. 4. & diſt. 64. 65. 66. 67. 68. & d. 75. & d. 76. c. 12. & d. 77. & tit. 15. de ſacra vnctione.*

993 Eſſe Miniſtros Religionis plures debere. Multa enim diuini cultus munera, & multus populus Chriſtianus multitudinem requirit Miniſtrorum. *Trid. ſeſſ. 21. de Refor. c. 4. & ſeſſ. 23. de Sacr. Ord. c. 2. Greg. d. 89. c. 1. 7.*

994 Religionis Miniſtros nõ eſſe debere plures, quàm eſt neceſſarium. Ne ſint otioſi: ne vileſcant: ne non commodè à ſuis Rectoribus regi poſſint, ob idq; degenerẽt. *Trid. ſeſſ. 21. de Refor. c. 2. & ſeſſ. 23. c. 16. Clemens Papa d. 23. c. 4. Zoſimus Papa d. 59. c. 2.*

b S. *Carolus Borrom. vita l. 8. c. 11.*

995 *b* Cauere Eccleſiæ Miniſtros debere ab immoderato affectu in conſanguineos. Corrumpere enim ſolet is affectus curã diuini cultus, & animarum. *Exper.*

996

996 *c* Cauere debere Miniſtros Religionis à cupiditate, curaque temporalium. Tractant enim diuina, quæ totum hominem requirũt ob oneris magnitudinem; & curas prophanas nõ admittunt, ob ſanctitatem. *Trid. ſeſſ.21. de Refor.c.9. & ſeſſ.22. de obſer. in ſacrif.* Miſſ. *& ſeſſ.25. de Regular.c.2.* VII *Syn.d.18.can.7. 8. Iſid.d.23.c.3.diſt.46.& 47. & d.55.c.1. & d.77.c.9. & Concil. Chalcedon. d.86.c.26. & d.88. & d.91.& 11.q.1.c.29.30.et 13.q.2. c.12.& 14.q.4. & 21.q.3.et* Can. *Apoſt. c.6. & Decc.l.3. tit.50. Ne cler. vel mon. & Concil.* Magunt. *can.10.14.*

c *S. Ign. ex. c.1. §.3. & par.4. c.11. §.3. & p.6. c.3.§.7.*

997 *d* Iis, qui Religionis Miniſtri futuri ſunt, cœnobiticam vitam congruam eſſe; à conſanguineorum, & ſæcularium omnium ſocietate remotam. Non enim videtur alia ratione fieri poſſe, vt *e* à curis temporalium abſtineant; & vt à cupiditate caueant carnis, ac pecuniæ; & vt in pietate, quę Chriſti Miniſtros decet, adoleſcant; & vt in eruditione, actioneque proficiant, quam eccleſiaſtica miniſteria requirunt. Vt tales ſint, quales eſſe decet Chriſti Miniſtros, à

d *Baſilius in Aſcet.c.7.* S.*Car.Borr. vita l.5.c.4. & l.8.c.11. Exẽplo ſint Patres, Baſil, Nazianzen. Martinus, Aug.Gregor. alij, & Preſbyteri Societatis* Ieſu, *&* Clerici *Regulares, & omnes clauſtrales.*

S.*Ignat.p.4. proœ.lit.A.*

e *Trid.ſeſſ.6. de Refor. c.1.*

*S. Car. vita l.5.c.4.*

quibus Chriſtiani populi erudi-tio, & ſanctitas pendet. Poſſet autem cœnobitica vita ſuauiter in Clerum induci: ſi decerneretur, ne vllus in poſterum in Clerum cooptari poſsit, qui cœnobiticè non viuat; *f* vtque omnia beneficia, quæ in poſterum vacabunt, in Clericorum cœnobia veniant. Eorum autem cœnobiorum onus ſit, Miniſtros, qui deinceps creabuntur, ſuis ſumptibus alere, etiam in Parœcijs, locíſque alijs, ad quos illos contigerit mitti. *Iuxta Trid. ſeſs. 23. de Refor. c. 18. & ſeſs. 25. de Regul. Iſid. d. 23. c. 3. Alex.* II. *d. 32. c. 6. & 12. q. 1. per totum. & de conſecr. d. 5. c. 34. Greg.* VII. *c. Quoniam De vita, & honeſt. cler. & Concil. Magunt. can. 9. 10. & exemplum Apoſtolorum. ex PP. apud Bellar. de Monachis l. 2. c. 5.*

*f Vid. ſimile in* Trid. *ſeſs. 23. de Refor. c. 18. Et apud S.* Ign. *Loyol. ex. c. 1. §. 4. Et in vita S. Car. l. 5. c. 4.*

998 *g* Curandum eſſe omni diligentia, vt Eccleſiæ Miniſtri liberi à vitijs, ac ſancti ſint. Tractant enim ſancta; & Magiſtri, ducéſque ſunt aliorum, quibus præire debét exemplo, *h* & oratores ſunt ad Deum, cui grati eſſe debent, vt facilius exaudiantur. Pietate igitur excolẽdi ſunt à ſuis Rectoribus ij, quibus Eccleſiæ

*g Ambroſ. 1. offic. c. 50. Greg. 1. Paſt. c. 10. 11. & p. 2. c. 2. S. Thom. in Addit. q. 36. a. 1. S. Ignat. p. 1. c. 2. §. 8.*

h *Alex. Papa 1. q. 1. c. 91. Gelaſ. ibid. c. 92.*

cleſiæ miniſteria committenda ſunt. *Trid.ſeſſ.2.et ſeſſ.6.de Refor. c.1. & ſeſſ.14. de Refor.in proœm. & ſeſſ.21.c.6. & ſeſſ.22. decret. de obſer.in celebr.* Miſſ. *& ſeſſ.23.c.3. & ſeſſ.24.c.1. & ſeſſ.25.de Refor: c.1.14. Concil.Carthag.*IV. *d.23. c.2. & Iſid.ibid.c.3.& diſt.40. per totum. & d.46.c.3.& ſeq.& d.49. 81. & 1.q.1.à c.91.*

999 Epiſcopos in Eccleſia creandos eſſe, primarios Miniſtros, Principes Miniſtrorũ aliorum, *i* Apoſtolorum ſucceſſores. Eſt enim Ecceleſia per totum terrarum orbem diffuſa. Nõ poteſt autem vnus Romanus Epiſcopus præſens eſſe omnibus in Prouincijs ad Presbyteros creãdos, alioſque Miniſtros Religioni neceſſarios; & ad conſecranda ea, quæ ſacris miniſterijs ſunt opus, & ad prædicandum verbũ Dei, Clerumque inſtruendum. Creantur ergo apoſtolica traditione plures Epiſcopi: quorum ea munera ſunt. *Pontif.Rom. de Epiſc.conſecr. Trid.ſeſſ.23.de Sacr. Ord.c.4.et can.7.8.et Can.Apoſt.*1. *Leo* I.*ep.88.ad Epiſc.Germ et Gall. Alij apud Bellar.de Clericis l.1.c.14.*

*i Vrban.*II. *d.38.c.6.*

1000 Minores Sacerdotes, Presbyteroſq; in Eccleſia crean-

dos eſſe, ad ſacrificium peragendum corporis, & ſanguinis Chriſti; & ad adminiſtrandum populo Sacramenta, & verbum Dei. Hominum enim multitudini nō poſſunt ſoli Epiſcopi ſatis eſſe. *Pontificale Rom. de ordin. Presbyt. Trid. ſeſſ. 23. de Sacr. Ord. can. 1. & ſeſſ. 24. c. 12. Canones d. 23. à c. 8. & diſt. 95. c. 1. 5. 6. & Can. Apoſt. 2. vid. alia Concil. et PP. apud Bellar. de Clericis l. 1. c. 11. 12. 13.*

1001 Ordinandos eſſe in Eccleſia Diaconos ad miniſtrādum ad Altare, ad baptizandum, & ad prædicandum. Non enim debet Sacerdos ſacrificium peragere ſine Miniſtro, & par eſt ei adiutorem exhiberi ad prædicādum, ac baptizādum; cum non poteſt ea munera ſolus obire. *Pontif. Rom. de ordin. Diac. Trid. ſeſſ. 23. de Sacr. Ord. c. 2. & ſeſſ. 24. c. 12 de Refor. & 93 diſt. c. 6. 11. 12. 13. 17. 18. 19. 21. 23. & Can. Apoſt. 2.*

1002 Ordinandos eſſe in Eccleſia Subdiaconos Diāconorum Miniſtros. Subdiaconorum enim eſt, aquam ad miniſterium Altaris præparare; pallas Altaris, & corporalia abluere; Calicem, & patenam in vſum ſacrificij exhibere; oblationum, quæ adducuntur

tur à populo, curam habere. Quæ non poſſunt à ſolis Diaconis fieri curis alijs maioribus occupatis. & ad Maieſtatem ſacrificij facit Diacono Subdiaconũ miniſtrare. *Pontif. Rom. de ordin. Subdiac. Trid. ſup. Carthag.* IV. *d.* 23. *c.* 15.

1003 Debere in eccleſiaſtica Hierarchia minores miniſtros eſſe. Nam ratio ipſa poſtulat vt minora à minoribus miniſtrentur: & vt minorum miniſtrorum habeant adiumẽta maioribus miniſterijs occupati: & vt hoc varietatis ornamentum ſit in miniſtris ſacrorum. *Trid. ſup. &* 1. *diſt. à can.* 16.

1004 Ordinari Acolitos debere. Acolitorum autem munus eſt, Ceroferarium ferre, luminaria Eccleſiæ accendere, vinum, & aquam ad Euchariſtiam miniſtrare. *Pontif. Rom. de ordin. Acol. Trid. ſup. &* 1. *diſt. c.* 16.

1005 Ordinari Exorciſtas debere. Exorciſtarum autem munus eſt, Abijcere dęmones; & dicere populo, vt, qui non communicat, det locum; & aquam in miniſterio fundere. *Pontif. Rom. in ordin. Exorciſt. Trident. ſupra. Carthag.* IV. *d.* 23. *c.* 17.

1006 Ordinari Lectores debere. Lectoris autem munus eſt, Legere ea, quæ prædicat; & lectiones cantare; & benedicere panem; & omnes fructus nouos. *Pontif. Rom. de ordin. Lector. Trid. ſup. Carthag.* IV. *d.*23.*c.*8.

1007 Ordinari Oſtiarios debere. Oſtiarij autem munus eſt, Percutere cymbalum, & campanam; aperire Eccleſiam, & Sacrarium; & librum aperire ei, qui prædicat. *Pontif. Rom. de ordin. Oſtiar. Trident. ſup. Carthag.* IV. *d.*23.*c.*9.

1008 Segregari debere à laicis, & capillorum tonſura, habituque clericali ſignari eos, qui in miniſtros Religionis aſſumendi, diuinoque ſeruitio in eccleſiaſtica Hierarchia ſunt mancipandi. Quoniam æquum eſt à ſecularibus curis abſtinere, dignoſcique eos, qui ſe præparant ad miniſterium ſacrorum. *Pontif. Rom. de Clerico faciendo. Trid. ſup. & de Refor. c.* 6.

1009 Religionis miniſtris, cũ ordinantur, addicunturq; ſacris miniſterijs, miniſteriorum inſtrumenta tradẽda eſſe, vtendumque in ipſa traditione certa forma verborũ, qua vti ſolet Eccleſia.

Eſt

Eſt enim Ordo Sacramentum. Omne autem Sacramentum certam habet materiam, & certam formam. *Trid.ſeſſ.23 de Sacr.Ord. c.3. vid.diſt.23.à can.7.*

1010 Nullum eſſe per ſaltum ordinandum, ideſt, non eſſe quenquam ordinãdum Sacerdotem ante, quam Diaconus fuerit ordinatus; nec Diaconum ante Subdiaconatũ; & ita de cæteris. Vt purior, & inſtructior ad ſuperiorem ordinẽ accedat; eiuſq; ad altiora miniſteria aptitudinẽ experiare. *Trid.ſeſſ.23. de Refor. c.14. Tolet.IV. d.51.c.5. et Alex.II. d.52.c.1. & d.59.c.1.3.4. & d.60. 61.77. & c.Tuæ litteræ De cler. per ſaltũ prom. Gaius Pap. in ſuis Decr.*

1011 Non eſſe quenquã pluribus ſimul ordinibus, præſertim maioribus initiandum. Vt magis quiſque probetur, aptiorque ad ſuperiorem ordinem reddatur. *Trid.ſeſſ.23. de Refor.c.11.13. & tit. de temp.ordinat. Innoc.I. ep.4. ad Felic. Ep.c.5.*

1012 Non eſſe quenquam ordine vllo initiandum, qui plurimo tempore probatus nõ fuerit rectæ cõuerſationis exemplo. Nam Eccleſiæ miniſtri prælucere debent alijs exemplo vitæ.

*24.d. cc.2. 4. & d.28. c.4. Syric. d 31. c.1. & d.32. c.12. & d.33. c.6. & d.46 c.7.8 & d.48. et d.50. c.59. & d.51. c.5. & d.53. c.1. & d.54. c.23. & d.55. c.1. & d.59. c.1. & d.61.77. vide* VIII.*Synod. art.4. & can, 5.13.*

*k Amb.1.off. c.50. Concil.Elibert.c.33.*

1013 k Sacri Altaris miniſtros eſſe caſtos debere. Decet enim hoc genus reuerentiæ tã ſacrum myſterium. *Diſt.28.et d.31.et 32. & 33.et 34.c.8. et 77.c.6.& d.81. 82. & d.84.c.3.4.5. c.Vt clericorũ De vit.& hon.cler. & tit.de cohabit. cler. & tit.de clericis coniug. Leo* I. *ep.84.c.4.ad Anaſt. Quod abſtinendum Sacerdotibus, & Diaconibus coniugatis ab vſu matrim. vid.Syric. Pap.ep.4.c.8. Innocent.*I.*ep.3.ad Exup.c.1. Toletan.*VIII.*can.4.7. alios apud Bellarm. de clericis l.1. c.19.*

1014 Non eſſe quenquam Subdiaconum ordinandum, quin ſaltem implicitè, ſolenniter voueat caſtitatem; ſperans Deo au-ctore ſe continere poſſe. Non enim decet ſacroſancto myſterio addicere, quem non ſperas perpetuo caſtum futurum. *Trid. ſeſſ. 23.de Reform.c.13. Martinus Pap. d.27.c.1.& d.28.per totum. Syric. d.31.c.1. Leo Pap.d.32.c.1. Leo* I. *epiſt.*

Digitized by Google

*epiſt. 84. c. 4. ad Anaſt.*

1015 * Non eſſe quenquam ordine vllo initiandum, qui tantum nō habeat doctrinæ, ac eruditionis, quantum requiritur ad illum ordinem exercendum. Turpe enim eſt, ac noxium, in ſacra Hierarchia eſſe quenquam doctrina imparem ei gradui, in quo ab Eccleſia locatur. *Trident. ſeſſ. 7. cc. 10. 11. 12. 13. & ſeſſ. 14. de Reform. cc. 2. 3. & ſeſſ. 21. c. 6. & ſeſſ. 23. cc. 3. 11. 13. & d. 36. c. 1. 2. Gloſſ. ibidem. & d. 38. c. 3. & ſeqq. Toletan.* VIII. *can.* 8.

* *Caleſt. I. Clericos canonicarū inſtitutionū doctos eſſe voluit.*

1016 l Non eſſe quenquam creandum Epiſcopum, qui tantū doctrinæ non habeat, quantum ſatis eſt ad dignoſcendum errores Religioni contrarios, & ad prædicandum verbum Dei, & ad Clerum inſtruendum. Eſſe enim debet quiſque par doctrina muneribus ſuis. *Trid. de Refor. ſeſſ. 5. c. 2. & ſeſſ. 7. c. 1. & ſeſſ. 22. c. 2. & ſeſſ. 24. c. 1. Concil. Carthag.* IV. *d. 23. c. 2. Concil. Laodic. d. 24. c. 4. &* VII. *Synod. d. 38. c. 6. & Concil. Laodic. d. 61. c. 6. Petrus 8. q. 1. c. 12. & c. Inter cætera De offic. Iud. ord. & Extr. Ad cuiuslibet l. 3. de præb. & dign.*

l *Bellarm. in vita c. 21. Greg. Paſtor. p. 1. c. 1.*

m *Greg. Paſtor. p. 1. c. 1. Vide ſupra deff. 84. 85. 86.*

1017 m Non eſſe quenquam

 Presby-

Presbyterum ordinandum, niſi tantum habuerit doctrinæ, quantum ſatis ſit ad populum docendum ea, quæ ſcire omnibus neceſſariū eſt ad ſalutem; & ad Sacramenta adminiſtrandū. Munus enim Sacerdotis eſt eſſe mediatorem inter homines, & Deum. Huic autem muneri ſatisfacere non poteſt, qui neſciat homines conciliare cum Deo. Vt autem quis in gratiam redeat cū Deo, neceſſarij ei ſunt actus Fidei, Spei, Charitatis, contritionis; & ſuſceptio Sacramētorum neceſſariorum. Munus aut m in his homines inſtruēdi Sacerdotis eſt. *Pontif. Roman. de ordin. confer. in Rubr. Trid. ſeſs. 23. de Refor. c. 14. & d. 36. c. 1. 2. 3. Gloſs. ibid. et d. 38. c. 5. & d. 51. c. 5.*

*n S. Ign. p. 6. c. 3. §. 2.*

1018 *n* Eos, qui in eccleſiaſtica Hierarchia ſunt, eſſe frequentiores debere in Sacramento Euchariſtiæ ſuſcipiendo, quàm cæteri Chriſtiani ſint. Ipſi enim miniſtri ſunt in ſacroſancto myſterio conficiendo. *Pontif. Rom. ſup. Trid. ſeſſ. 23. de Refor. cc. 11. 13. 14. 18. et ſeſs. 25. de Regul. c. 10. et Can. Apoſt. 8. Euchariſtia octauo quoque die frequentanda. l. de eccl. deg. c. 53.*

1019 Non eſſe ad ſacros ordines

nes promouẽdos eos, quos ſacri Canones propter defectum aliquem irregulares eſſe decernũt. Tales ſunt illegitimi, furioſi, amẽtes, ſerui, inſigni corporis vitio deformes, aut manci, bigami, infames, &c. Indecorum enim videtur hos ſacroſãcti myſterij o miniſtros eſſe. *Pontif. Rom. de ordin. conferend. in Rubr.* De illegitimis. *Trid. ſeſſ. 7. de Refor. c. 1. & ſeſſ. 24. c. 1. et 56. diſt. & tit. 17. de fil. Presb. ordin. & l. 6. eod. tit. 11.* De alteri obligatis, vt pœnitentiæ, vt Curiæ, vt o matrimonio. *d. 34. c. 10. d. 50. c. 59. 60. 68. & d. 51. c. 1. 2. 3. 5. & d. 53. c. 1. & d. 54. c. 3. 7. 21. et d. 55. c. 1. 2. 3. et d. 61. c. 3. et d. 77. c. 8. & 6. q. 1. c. 17. et tit. 19. De obligatis ad ratioc.* De p Illitteratis. *d. 34. c. 10. & d. 36. c. 1. d. 50. c. 59. & d. 51. c. 5. & d. 55. c. 1. 3. et d. 77. c. 8.* * De Bigamis. *Diſt. 26. & d. 33. c. 1. 2. & 34. c. 9. 10. 11. 12. & ſeqq. et d. 50. c. 8. 55. 56. 59. et d. 51. c. 5. & d. 55. c. 1. 2. & d. 77. c. 8. & 6. q. 1. & 28. q. 3. & Can. Apoſt. 16. 17. & tit. 21. de Bigamis.* De q Infamibus. *d. 33. c. 2. & d. 50. c. 55. 56. 58. 59. 66. 68. & d. 51. c. 1. 5. & d. 55. c. 1. 2. 3. & d. 61. c. 3. & d. 77. c. 8. & 6. q. 1. & 15. q. 8. & Can. Apoſt. 60.* De Furioſis. *d. 33. c. 2.*

o *Extrauag. Antiquæ De vot. &c.*
*S. Ignat. ex. c. 2. §. 4. 6. et p. 1. c. 3. §. 6. & litt. F. & §. 15.*

p *Fabianus Pap. ep. 3. ad Hilar. Episc.* *S. Ignat. p. 1. c. 3. §. 13.*

* *l. de eccleſ. dogm. c. 71.* *Leo I. ep. 87. ad Ep. Aphr. vide Bellar. de cleric. l. 1. c. 23.*

q *S. Ign. ex. c. 2. & p. 1. c. 3. §. 3. 4. & litt. D. l. de eccl. dog. c. 71.*

& 6.q.1. De r Amentibus. d.33. c.5 et 6.q.1. * De Energumenis. d.33. c.2.3.4.5. & Can. Apoſt. 78. De Epilepticis. 7.q.2.c.1.2. & c. Cum inter 21. de elect. De s corpore vitiatis. Diſt.33. c.2. d.34. c.10. & d.36. c.1. d.50. c.59. & d.51. c.5. & d.55. c.1.3. 13. & d.77. c.8. & 6. q.1. & Can. Apoſtol. 78. & tit. 20. De corpore vitiatis ordin. & c. Presbyterum De clerico ægrot. Eunuchi à ſe ipſis. d. 55. à c.4. & Can. Apoſtol. 21. De non probatis tempore conuenienti. d.50. c.59. et d.51. c.5. & d.55. c.1. * De Neophytis. Diſt. 48. c.1. d.51. c.5. & d.61. c.9. & Can. Apoſtol. 79. De militiæ aliquando addictis. d. 50. c.61. & d.51. c.1.2.4.5. & d.53. c.1. De non habentibus ætatem. d.51. c 5. De t Seruis. d.54. & d.55. c.1. & Can. Apoſt. 81. et c. Vt filij De filijs Presbyt. ordin. et tit. 18. de ſeruis non ordin.

1020 Non eſſe ad ſacros ordines promouẽdos eos, quos ſacri Canones propter delictum aliquod irregulares eſſe decernunt. Ii ſunt Hæretici, & ipſorum credentes, fautores, defenſores, filij, nepotes; qui bis Baptiſmum ſuſcipit; qui excommuni-

catus

r S. Ign. ex. c.2. §.5. & p.1. c.3. §.7. l. de eccl. dog. c.71.

* Lib. de eccl. dogm. c.7. Cōc. Elibert. c.29. Toletan. XI. can.13.

s S. Ign. p.1. c.3. §.15. Lib. de eccleſ. dogm. c.71. A Medicis, aut caſu vitiatus, non eſt irregularis. d.55. à c.10. Inn I. ep. 4. ad Felic. Ep. c.1.

* Leo I. epiſt. 84. c.3. ad Anaſt.

t S. Ignat. ex. c.2. §.6.

catus maiori excommunicatione Ordinem ſuſcipit; qui exercet actum Ordinis, quem non habet; qui excommunicatus maiori celebrat; qui occidit, aut mutilat; alijque nonnulli. Debetur enim quibuſdā delictis hoc genus pœnæ. *Pontif. Rom. de ord. conſer. in Rubr.* * De Simoniacis. *d.33.c.2. & d.51.c.5. & 1.q.1. & ſeqq. & 8. q.3.c.1. & Decc.l.5. tit.3. De Simonia.* De Seditionarijs, Vſurarijs, Iniuriarum ſuarum vltoribus. *Diſt. 46. c.8. & d.47.c.4.5.* De u Homicidis. *Trident. ſeſſ.14. de Refor.c.7. Ioannes VIII. d.50.c.4. Nicol.Pap ibid.c.5. Martinus Papa ibid. c.8. Concil.Ilerd. d.50. c.36. Vrbanus II. d.50.c.37. Nicol.Pap. ibid. c.39. & c.Presbyterum De homicidio volunt. & caſ. & cc.ſeqq. & tit.ſeq. De cler.pugn.in duel. et tit.25. De cler.percuſſore. & c.ex litteris De exceſſ. Prælat.* De Rebaptizatis. *Carthag.V.d.50.c.65. et d.51.c.5. & 1.q.7.c.10. & de conſecrat.d.4. c.117. & ſeqq.* De Apoſtatis à Religione. *d.50.c.69. & c.Conſultationi De Apoſtatis,&c.* De ijs, qui ſæua exercuerunt. *d.51.c.2.* * De ijs, qui concubinas, aut fornicarias habuerunt. *d.51.c.5. & Can.Apoſt.17.* De Ambitu hono-

** Lib. de eccl. dogm. c.71.*

u *S. Ign. ex. c.2. §.2. & p.1.c.3.§.4. & litt.C. Vide c.Epiſcopus lib. 6. Ne cler. vel mon. & tit. de homicidio. & Clement. de homicidio l.5.*

** Conc. Elibert.c.30.*

res

res quærentibus. *d.*51.*c.*5. De x Hæreticis. 1.*q.*1.*c.*112. & *q.*7. *c.*1. & *l.*6. *de Haret.c.*2. §.3. De baptizatis ab Hæreticis. 1.*q.*7. *c.*10. De excommunicatis miniſtrantibus Sacramenta.9.*q.*1. aut ordines ſuſcipientibus. *c. Cum illorum De ſent.excom.* De ijs, qui matrimonium inceſtuoſum contraxerunt.*Can. Apoſt.*18. De excommunicatis, ſuſpenſis, interdictis, qui celebrant diuina. *c. Vt clericorum De vita, & honeſt.cleric. et c. Clerici, et ſeqq.de cle.excom.etc. miniſtrante et c.Veniens, et ſeqq.l.*5. *tit.*30.*De eo, qui furtiuè, etc.et c.Tanta eſt De exceſs.Præl. et c.* Is, *qui l.*6. *de ſentent.excom.et c.* Is, *cui ibidem.* De ijs, qui non ordinati, ad ordinum miniſteria ſe ingerunt. *Decc. l.*5.*tit.*28. *de cler.non ordin.miniſtr.* De Sodomitis. *c.Clerici De exceſs. Prælat.*

x *S.Ign.p.*1. *c.*3.*S.*3. & *lit. B.*

1021 Iniuriam magnam facere ſacris ordinibus, qui eos aliqua cenſura irretitus, vel irregularitate prohibitus vel ſuſcipit, vel adminiſtrat, contra ſacrorum Canonum diſpoſitionem. Debetur enim ſacris ordinibus reuerentia, & obedientia Canonibus ſacris. 9.*q.*1.

1022 Seruantor in ordinibus con-

conferendis, reliquiſque Sacramentis adminiſtrandis ritus, legeſque, quas Eccleſia præſcribit. Habet enim Eccleſia ad ea præſcribenda auctoritatem. Qui ergo ſecus ageret; contra Eccleſiæ obedientiam ageret, & contra diuini cultus reuerentiam. *Vide Romanum Pontificale, & Miſſale, et Rituale, et ſacros Canones De conſecr. per totum. Trid. ſeſſ. 23. de Sacr. Ord. can. 5. & ſeſſ. 24. de Refor. c. 7. & diſt. 23. & Tolet.* IV. *d. 51. c. 5. & tit. de temporibus ordinat. & tit. de ſcrutinio in ord. & tit. de ordin. ab Epiſc. qui renunc. & tit. 14. de ætq; qualit. &c. & tit. 16. de Sacram. non iterandis. & lib. 6. tit. 9. de temp. ord. Carthag.* IV. *à c. 1. ad* 10.

1023 *y* Non eſſe ad ſacra miniſteria admittendos, niſi notos, atque probatos. Ne quis fortè miniſtret indignus. *Tit. 22. de clericis peregrinis.*

*y S. Ignat. in exa. & p. 1. c. 2.*

1024 Ad Eccleſiarum Cathedralium regimen nullus aſſumitor; qui ætate matura non ſit. Magna enim ad alios regẽdum prudentia opus eſt: quæ non eſt in iuuenibus, *Trid. ſeſſ. 7. de Refor. c. 1. & d. 77. 78.*

1025 Ad Eccleſiarum Cathedraliũ regimen nullus aſſumitor, qui

qui morum grauitate, ac ſancti- tate non polleat. Magiſter enim eſt morum. *Trid. ſeſſ. 7. de Refor. c. 1. & ſeſſ. 22. c. 2. & ſeſſ. 24. c. 1. Carthag. IV. d. 23. c. 2. Hier. d. 25. c. 6. & Greg. & Hier. d. 49. & Extr. Ad cuiuslibet l. 3. de præb. & dign.*

1026 Ab Eccleſiæ Cathedralis regimine nullus deponitor: niſi cauſa grauiſsima ſit. Intercedit enim inter Paſtores, & eorũ Eccleſias ſpirituale coniugium. *7. q. 1. vide tit. de renunciatione.*

1027 Non eſſe quenquam initiandum inuitum. Periculum enim eſt in miniſterijs ſacris negligentiæ. *Diſt. 74. c. 1. 2. 7. 8. 9. & 25. q. 2. c. 23. & c. Quæris à nobis De æt. qualit. &c.*

z Vide Decr. l. 6. tit. 9. de temp. ord. etc.

a S. Ign. p. 1. c. 2. à §. 5. & p. 5. c. 2.

1028 z Non eſſe quenquam vllo ordine initiandum, aut animarum curæ præficiendum, niſi probatum, & examinatũ ab Epiſcopo. a Miniſtros enim vitæ probitate, & doctrina ornatos exigunt hierarchica miniſteria. *Trid. ſeſſ. 23. de Refor. cc. 3. 4. 5. 7. 8. 10. 12. & ſeſſ. 24. c. 18. 19. Carthag. III. d. 24. c. 2. Concil. Laodic. d. 24. c. 4. 5. Tolet. IV. d. 51. c. 5. & d. 55. c. 1. & d. 98. & 1. q. 1. c. 119. & Decr. l. 6. tit. 9.*

1029 Non eſſe quenquam ſa-

cris

Digitized by Google

cris ordinibus initiandū, qui ætate maturus iuxta ſacros Canones, & vitæ probitate dignus nō ſit. Sancta enim à maturis, ſanctiſque miniſtris tractanda ſunt. *Trid. ſeſſ.* 23. *de Refor. c.* 12. *et ſeſſ.* 24. *c.* 12. *Iſid. d.* 23. *c.* 3. *Toletan.* IV. *d.* 51. *c.* 5. *&* *d.* 55. *c.* 1. *et diſt.* 77. 78. *&* 1. *q.* 1. *c.* 119. 120. *et* 8. *q.* 1. *c.* 12. *&* 25. *q.* 2. *c.* 24. *et c. Cum in cunctis De elect. et c. Nullus l.* 6. *de temp. ord.*

1030 * Certo loco addicendos eſſe miniſtros Eccleſiæ, & adſcribēdos; vbi muneribus fungatur ſuis. Non enim decet ſacros miniſtros incertis ſedibus vagari. *Trid. ſeſſ.* 23. *de Refor. c.* 16. *et ſeſſ.* 24. *c.* 12. *Vrban.* II. *d.* 70. *c.* 2. *&* *d.* 71. 72. *Greg.* 1. *q.* 1. *c.* 122. *et* 7. *q.* 1. *et* 21. *q.* 1. *et Can. Apoſt.* 14. 15. *Leo* I. *ep.* 85. *ad Septim. Epiſc. Conc. Arelat. c.* 2. 22. *Carthag.* III. *c.* 37. 44. 45.

1031 Decere ſanctorum ordinum à Diaconatu ad Oſtiariatū functiones, non niſi per conſtitutos in eis ordinibus exerceri. Ita enim melius eccleſiaſticę Hierarchiæ decor, & diuini ſacrificij maieſtas apparet, & ordo hierarchicus. *Trid. ſeſſ.* 23. *de Refor. c.* 17. *&* *ſeſſ.* 24. *c.* 12.

1032 Debere diuina officia à ſa-

* *De litteris Epiſcopi dimiſſor. vide Concil. Carthag.* I. *c.* 7. *et Conc. Antioch. d.* 71. *Nullus abſque. et Conc. Laodic. c.* 41. 42. *d.* 5. *Non oportet De cōſecr. et Conc. Chalced. c.* 12. *d.* 17. *Extraneo clerico. et Concil. Vormacienſ. can.* 4.

Digitized by Google

à ſacrorum miniſtris per ſe, non per ſubſtitutos obiri. Ipſos enim eis officijs addixit Eccleſia. *Trid. ſeſſ.* 24. *de Reform.* c. 12. *vide Decc. l.* 3. *tit.* 4. *de clerico non reſid. vide* VIII. *Syn. can.* 24.

1033 Non eſſe diuerſa officia eidem miniſtro imponenda. Vt quiſque poſsit ſuo muneri ſatiſfacere. Vt ſit in Hierarchia eccleſiaſtica decor, & ordo. *Greg. d.* 89. *c.* 1. 7. *&* 21. *q.* 1. *Alex.* III. *c. Prouideas De off. Vicar. Decc. l.* 3. *tit.* 5. *de præbendis, & dignit. l.* 6. *de conſuetudine c.* 1. *& de offic. ord. c.* 3. *& Extr. Execrabilis De præb.*

1034 Non eſſe, niſi dignis, & habilibus dignitates, & eccleſiaſtica beneficia, præſertim curam animarum habentia, conferenda. Turpe enim eccleſiaſticis cenſibus indignos ali. Eccleſiæ noxiũ, inhabiles miniſtros eſſe ſacrorũ. *Trid. ſeſſ.* 7. *c.* 3. *de Refor. et ſeſſ.* 22. *c.* 4. *& ſeſſ.* 24. *c.* 1. 12. *& ſeſſ.* 25. *de Regular. c.* 7. *et de Refor. c.* 7. 9. 15. *Pius* IV. *in bull. Romanum Pontificem, &c.* Clem. *Pap. d.* 23. *c.* 4. *&* 24. *d. cc.* 2. 4. *& d.* 50. *et Leo d.* 61. *c.* 5. *& d.* 81. *& Orig.* 16. *q* 7. *c.* 9. *& c. Cum in cunctis De elect. et c. Nihil eſt* 44. *eo. tit. et tit.* 14. *de æt. qual. etc. et Graue nimis De præbend. ac dign.*

*&*

Digitized by Google

*et c. Inter dilectos De exceſs. Prælat. et c. Licet canon De elect. l. 6. et c, Nemo eo. tit. & Clement. l. 1. tit. 6. De ætate, etc. et Extr. Piæ ſolicitudinis l. 3. de preb.*

1035 Eſſe indignos miniſtros deponendos. Ne Chriſtiana Reſp. detrimentum patiatur. & quia turpe eſt, indignos ſacris miniſtrare. *Diſt. 50. et d. 81. c. 5. 6. et ſeq. et d. 82. c. 2. 3. et 1. q. 1. c. 3. 7. 8. et ſeq. vide Canones Apoſtolorum: et tit. de elect. et l. 6. tit. 10. de ætate, et qualit. etc.*

1036 Eſſe clericis à negotiatione, & ab omni negotiationis ſpecie abſtinendū. Tractant enim diuina. *Concil. Chalced. d. 86. c. 26. et d. 88. et 14. q. 4. et c. Clerici officia, et c. Ex litteris De vit. et hon. cler.*

1037 Non videri congruum rerum eccleſiaſticarum procurationem ſæcularibus committi: Ne periculum fraudis ſit. *Diſt. 89. c. 5. 6. & 10. q. 1. et c. Ex ratione 2. de ætate, qualit. &c.*

1038 *b* Licere Clericis, modò ſacris miniſterijs non deſint, labore manuum, aliove licito artificio, ſibi victum comparare. Honeſtū enim negotium eſt cura vitæ. *Diſt. 91. Carthag.* IV. *c. 51. 52.*

b *Baſilius in Aſcet. c. 37. Bellarm. de Monach. l. 2. c. 41. 42.*

1039

1039 Non decere Clericos militare. Miniſtri enim ſunt Chriſti. 23.q.8.

1040 Non decere Clericos iudicium ſanguinis exercere. Tractant enim Chriſti Sacramenta. 23.q.8.à c.29.

*e S.Ign. lib. exerc. reg.7. de diſtr. eleemoſ.*

1041 *c* Non licere bona Eccleſiæ in alios vſus impendere, quàm in neceſſarium victum miniſtrorum, & in diuinum cultum, & in pauperũ alimenta. Is enim eſt bonorum Eccleſiæ finis, ad quem Eccleſiæ data ſunt. *Trid. ſeſs.25. de Refor.c.1.8.16. Hieron. d.37.c.5. Ambr.d.86.c.16.et 1.q.2. c.6.7.8.9.* Cõc. *Martini Pap.10.q.2. c.7. Conc. Antioch. 12.q.1.c.23.24. et ſeq. et q.2.à c.26. et Can. Apoſt.4. Vrban. Pap. 14.q.1. Videntes autem. et 12.q.1. Res Eccleſiæ. et 17.q.4. Attendendum eſt. Concil. Rom. ſub Sylueſtro c.4.* Cõc. *Magunt. can.42.*

1042 Non eſſe vllum diuino miniſterio adſcribendũ, qui (niſi paupertatem in aliqua ex Religionibus approbatis profiteatur) nõ tantum ex beneficijs eccleſiaſticis, vel ex patrimonio poſsideat, quantum ad vitam ſuſtentandam verè ſit ſatis. Dedecet enim Eccleſiæ miniſtrum ſordido quæſtu victum ſibi comparare.

parare. Et in damnum cedit animarum ſacros operarios à diuinorum miniſterio, victum quæritando, impediri. *Trid. ſeſſ.21. de Refor. c.2. et ſeſſ.23. de Reform. c.9. et ſeſſ.24. c.13.15. et ſeſſ.25. de Regular. c.3. Pius V. in Bull.* Romanus *Pontifex, ann.* 1568. *vid.* 12. *q.1. per totum. et c. Non liceat De prebendis, et dignit. et c. Epiſcopus, eo. tit. & c. Cum ſecundum eo. tit.*

1043 Beneficium eccleſiaſticum non poſſe licitè ſine inſtitutione canonica obtineri. *Bonifacius* VIII. *l.6. de reg. iur.*

1044 * Irreprehenſibiles Epiſcopos eſſe debere, ac viros perfectos. Duces enim ſunt, ac perfectores aliorum. *Trid. ſeſſ.2. & ſeſſ.24. de* Reform. *c.1. et ſeſſ.25. de* Refor. *c.1. et 61. diſt. c.2. et Extr.* Ad *cuiuſlibet l.3. de præb. et dign.* * *To'et.* IV. *Can.* 20. *& ſeqq.*

1045 d Seminaria inſtitui oportere Clericorum ad miniſtros inſtruendos eccleſiaſticis tum moribus, tum doctrinis. Difficilè enim fieri poteſt, vt ſint miniſtri, quales eſſe oportet: niſi commodè viuant, & à turbis, curiſque ſæcularibus remoti, qui ſe præparāt ad ſacra miniſteria peragenda. *Trid. ſeſſ.23. de* Refor. *c.18. & 12. q.1. c.1. et ſeqq.* d *S.Ign. p.4. procem. lit. A. et c.3. litt. B.* Id *ſunt* Collegia *Scholaſticorũ Soc. Ieſu.*

1046

*e S. Ign. ex. c. 1. §. 3. & c. 6. §. 8. & c. 7. §. 1.*

1046 *e* Neceſſarium omnino eſſe concupiſcẽtiæ, cupiditatiſq; impedimenta remouere ab ijs, qui diuino ſeruitio mancipãtur, aut ad ſacra miniſteria deſignantur, & inſtituũtur. Omnino enim Eccleſiæ miniſtri boni nõ erunt, ſi ſecus fiat. Maximè autem valẽt ad ea impedimenta remouenda Caſtitatis, Paupertatis, Obedientiæ vota: votum quoque, aut iuramentum non ambiendi. *Trid. ſeſſ. 25. de Regularib. c. 1. 2. 3. Iſid. d. 23. c. 3. Alexand.* II. *d. 32. can. 6. diſt. 46. et 47. et d. 55. c. 1. Concil. Chalcedon, d. 86. c. 26. et d. 88. & 12. q. 1. & 14. q. 4. & c. Multa ſunt Ne cler. vel mon. et Conc. Magunt. can. 9. 10.*

*f Multa ad religioſam diſciplinã ſpectantia vide in Clement. Exiui de Paradiſo. De verb. ſign. & c. Exijt qui ſeminat. & Extr. Quorundã eo. tit. & Dec. Clemen.* VIII.

## *De Regularibus.*

1047 *f* Regulares Conuentus, domoſque inſtituere Summi Pontificis poteſtatem eſſe. Ipſe enim ſummus Rector eſt cultus, qui Deo ab Eccleſia exhibetur. *Decc. lib. 6. de relig. dom.*

*g S. Ign. Loy. ex. c. 1. §. 12. et c. 4. et c. 7. §. 6. & p. 5. c. 2.*

1048 *g* Probandos eſſe illos, qui Religionis votis diuino ſeruitio in Monaſterijs mancipãtur. Vt ne propoſitum vnquam mutent:

tent: vt diuino ſeruitio præparentur: vt experiare an ſeruitio tam ſancto habiles ſint. *Trid. ſeſſ. 25. de Regular. c. 15. et d. 54. c. 23. & 17. q. 2. & 19. q. 3. c. 6. et 20. q. 1. à c. 10.* VI. *Syn. can. 41.*

1049 Non eſſe quicquam ab ijs, qui ad Religionem accedũt, exigendum: niſi ſpontè oblatum, vt neceſſitatibus Monaſterij occurratur; & ſine pacto. 1. *q.* 2. *c.* 2. 3. 4. *et c.* Monachi *De ſtatu monach. &* VII. *Syn. can.* 19.

1050 *b* Religioſis clauſtralibus eſſe nihil proprium debere. Vt toti ſint in exhibẽdo cultum Deo. *Trid. ſeſſ. 25. de Regular. c. 2. & 18. q. 2. c. 25. et c.* Ioannes *frater De Regularib. et c.* Monachi *De ſtatu monach. et c. Super quodam eo. tit. & c. Cum ad monaſterium ibid. vide c. Exijt qui ſeminat l. 6. de verb. ſign. et Extr. Ad cõditorem De verb. ſign. Quod liceat Monachis viuere ex bonis patrimonialibus in communi; & ex ſpontè oblatis, ac donatis; et ex mendicatione. vide Bellar.* de Monachis *l. 2. c. 43. 44. 45. 46.*

h *Baſilius in reg. br. q. 85.* S. Ig*nat. ex. c. 4. §. 1. & ſeqq. & p. 3. c. 1. §. 7. & litt. F. G. & §. 25. & p. 6. c. 2. §. 11.*

1051 Regulares, Deiq; ſeruitio mancipatos rerum proprietatem habere in communi non illicitum. Habuerunt enim Apoſtoli ius vtendi, & donandi, & acqui-



Digitized by Google

acquirendi. *Extr.* Cum *inter nonnullos. & Quia quorũdam De verb. ſign. Trid. ſeſſ.* 25. *de Regular. c.* 3.

1052 Eſſe Monaſteriorum illa bona, quæ ad Monachos ſpectant. 19. *q.* 3. *c.* 7. 8.

*i S. Ign. p.* 6. *c.* 2. §. 1. *& p.* 10. §. 5.

1053 *i* Religioſæ paupertatis ſtatuta, vt propugnacula religioſæ perfectionis tuetor. Solent enim ea multis modis ab hoſte humani generis impugnari. *Baſil. in Aſcet. c.* 8.

1054 Dei cultui mancipare ſe volẽtes ne prohibeto. Facis enim iniuriam & hominibus, & Deo ipſi. 19. *q.* 3. *c. vlt.*

*k S. Ign. ex. c.* 1. §. 4.

1055 k Renunciationem bonorum ab ijs, qui mundum deſerunt, eſſe pauperibus faciendam: niſi quid alijs ex iuſtitia debeatur. Vt ſincerè ſit ob Deum, & ſine ſpe recuperandi. *Baſilius in Aſcet. c.* 9.

*l S. Ignat. ex. c.* 4. §. 1. *& ſeqq. & p.* 6. *c.* 2.

1056 *l* Eſſe Regularibus cupiditatis & radices, & occaſiones præcidendas. Vt propenſius in Dei ſeruitium, & amorem ſint toti. *Baſil. in Aſcet. c.* 8.

1057 Eſſe diligentiſsimè curandum, vt nulla ſit Regularibus ab exteris perturbatio. Requirit enim diuinus cultus, quietã vitã. *Clement. Religioſi l.* 5. *tit.* 7. *de priuil.*

1058

Digitized by Google

1058 Ab humana, & politica ratione agendi Regulares cauento. Eſt enim aliena à Chriſti conſilijs, ac religioſæ vitæ perfectione, quam Regulares profitentur. Cauendum in primis ne humanis rationibus, quaſi adminiculis ad ſuos fines conſequendos vtãtur; neve interceſſiones, ſauores, machinationes, aliaque media non religioſa, adhibeant ad commoda propria. *Societ. Ieſu in 6. Congreg.*

1059 Monachorum vitã eſſe debere & à *m* ſæcularibus, & à clericalibus etiam curis remotã. Solitudinem enim eorum inſtitutum requirit. 16.*q*.1. *Decc l*.3. *tit*.50. *Ne cler. vel mon. &* *Clement. Ne in agro De ſtatu monach. De vita ſolit. vide Bellarm. de Monach. l.2.c.39.*

*m S. Ignat. p.6.c.3.§.7.*

1060 Licere Clericis ad monaſticam vitam tranſire. 19.*q*.1.2.

1061 *n* Ab immoderato in conſanguineos affectu & Clericus, & Regularis quiſque caueto. Impedit enim ille affectus diuinum & ſeruitium, & amorem. *Baſil. in Aſcet. c.9.*

n S. *Ign. ex. c.4.§.2.6.7.*

1062 *o* Decere Cœnobitarum habitum eũdem omniũ eiuſdem ordinis eſſe. Vt ſit charitas inter

o *S. Ign. p.8. c.1.§.8.*

O ipſos

ipſos maior, quò magis inter ſe ſimiles ſunt: & vt externi ædificentur. *c.Deus,qui De vit.& bon. cleric.& Clement.Ne in agro l.3.De ſtatu monach.& Extr.Quorundam De verb.ſign. De habitu, & tonſura Monach. vid.Bellarm.de Monachis l.2.c.40. & PP.apud illum.*

*p S.Baſil.in Aſcet.c.10. S.Ignat.Loy. exa.c.1 §.12. & c.4 à §.9. & §.43. & p.3.c.1.littera T.& p.5. c.1. Concil.Aurelian.V.c.6.*

1063 *p* Eſſe nouitijs tempus dandum poſt ingreſſum ad Religionem: quo tempore Religionem probent, & ipſi probentur. Magnam enim id vitæ inſtitutũ conſiderationem exigit. *Decc.l.3. tit.31. de Regular. Trid.ſeſs.25.de Regular.c.15.*

*q S.Ign.p.4. c.3.§.4.*
** Conc.Arelat.II.c.25.*

1064 *q* Eſſe tempus certum debere, quo elapſo probationis finis ſit; * nec liceat à religioſæ vitæ inſtituto recedere. Vt ſit & Religioni, & bono propoſito firmitas. *Decc ſup.& l.6.De Regularibus.& Clement.Eos,qui De Regular.Trid.ſeſs.25.de Regular.c.16.*

*r Baſilius in Aſcet. c.10. 11.12. S.Ign.par.1. c.3.§.15.& lit.K.et p.10. §.7. Ariſt.7.Polit. c.13.*

1065 *r* Non omnem ætatem, nec omnem hominum conditionem,& naturam aptam eſſe religioſæ profeſsioni. Sacrum enim eſt id inſtitutum, & arduum; & à vulgaribus inſtitutis valde differẽs.*Decc.ſup.et tit.32.De conuerſ. coniug.& l.6.de* Regularib.*c.*1. & *Trid.ſeſs.25. de Regular.c.15.*

1066

1066 *s* Eſto catalogus qualitatum, quas habere debent, qui ad religioſum inſtitutū ſunt admittendi. Vt ſecundum illum apti, ineptique diſcerni poſsint. *Vide Extrau. Antiquæ De voto, &c.*

*s Vide in Conſt. S. Ign. p. 1. c. 2. & p. 5. c. 2.*

1067 *t* Ad religioſam profeſſionem ne admittito, niſi ſpontaneos. Eſt enim religioſum iugum arduum, licet ſuaue. *c. Nullus tondeatur De Regular. et Trid. ſeſs. 25. de Regular. c. 17. 18.*

*t S. Ign. p. 1. c. 4. §. 3. & p. 3. c. 1. lit. T.*

1068 *u* In Regularibus ad vitam cœnobiticam admittendis, ſeruato quiſque ritus, legeſque ſuæ Religionis. Non enim eſt à maiorum ſtatutis diſcedendum. *Praxis communis.*

*u S. Ign. p. 1. c. 6. & lit. T. & p. 5. c. 3.*

1069 *x* Quod quiſque vitæ regularis inſtitutum primum inierit; in eo maneto. Debet enim quiſque in vocatione manere, ad quam vocatus eſt. *Decc. ſup. tit. 31. vide* Clem. *Vt profeſſus l. 3. tit. 9. & Extr. Viam ambitioſæ l. 3. de Regul. tranſ. & Trid. ſeſs. 25. de Regular. c. 19.*

*x S. Baſil. in Aſcet c. 36. S. Ignat. exa. c. 2. §. 3. 6. & c. 4. §. 42. & c. 6. §. 5. 6. 7. & p. 1. c. 3. §. 5. et lit. E. Vide Baſil. in Aſcet. c. 14.*

1070 Ad ſtrictiorem vitam tranſitum negandum non eſſe: ſi tale propoſitum appareat diuinitus inſpirari. Non enim decet diuinæ inſpirationi ponere impedimentum. *c. Licet quibuſdam*



Digitized by Google

*De Regular. &c. & Extrau. Viam ambitioſæ l.3. de Regular. tranſ.*

y S. Baſil. in Aſcet. c. 32. 39. S. Ign. ex. c. 4. ſ. 6. & p. 3. c. 1. ſ. 2.

1071 *y* Eſſe Monachis cœnobiticè viuendum, ac remotis à ſæcularibus. Conuerſatio enim cum viris Deo dicatis, vtilis; periculoſa cum ſæcularibus. *c. Monachi De ſtatu monach. & Decc. l. 3. tit. 37. de Cappellis monach. et c. Periculoſo l. 6. de ſtatu Regul. et Clem. Ne in agro De ſtatu mon.*

z S. Ign. p. 3. c. 1. ſ. 3. & p. 4. c. 4. ſ. 6. & p. 6. c. 2. lit. F. S. Quod ad numerũ.

1072 *z* Ne ſunto ſine ſocio, ſi eſſe extra Cœnobium contigerit Regularibus. Ad cautelam, & ad ſpiritus ſolatium. *c. Quod Dei De ſtatu mon.*

a Vid. Clau. Aqu. Induſt. c. 15.

1073 *a* Cauendam eſſe Regularibus omnibus ſecularitatẽ, & aulicismum. Deflectent enim paulatim ad ſecularia, ſi non ſecundum ſuum inſtitutum cum Principibus, & alijs ſecularibus familiariter agant. *Soc. Ieſu Congr. 5. can. 12. 13. vide Concil. Sardic. à cap. 8.*

b S. Ign. ex. c. 1. §. 13.

1074 *b* Probationis tempore quiſque nouitius qui ſit religioſorum votorum finis, quæ ratio, cõſiderato. Vt videat quid agat; vt inſpiciat quo ſua agenda ſit relaturus; vt firmas iaciat in vocatione radices. *Baſilius in Aſcet. c. 10.*

1075

1075 c Probationis tempore quiſque nouitius ineundæ Religionis inſtitutum, legeſque conſideret. Vt quæ ſibi in tota vita ſint agenda videat; ad eaque ſe præparet, ac firmet. *Baſilius in Aſcet. c.* 10.

c *S. Ignat. ibid.*

1076 d Victus rationem in Regularibus eſſe eandem in omnibus debere; ac vt pauperibus accommodatam. Eiuſdem enim omnes ſunt inſtituti; & paupertatem euangelicam omnes profitentur. c. *Cum ad monaſterium De ſtatu monach.*

d *S. Baſil. in Aſcet. c.* 22. *S. Ignat. exa. c.* 4. §. 26.

1077 e In Regularium victu debilium rationem habendam eſſe. Nam licet à paupertatis ratione diſcedendum non ſit: alio tamen modo, quàm ſani, tractandi debiles ſunt, ac infirmi c. *Cum ad monaſterium De ſtatu monach.*

e *S. Bon. de ſex alis Ser. c.*4. *S. Ignat. p.*6. *c.*2. *litt.* M.

1078 Angelicam Regularibus puritatem imitandam eſſe, corporis, ac mentis munditia. Vt voto ſatisfaciant. Vt diuinæ familiaritati ſint apti. *S. Ignat. p.*6. *c.* 1. §. 1.

1079 f Obedientiæ in Regularibus exercitium, & experientiam, eſſe, quantum fieri cômodè poteſt, continuam debere. Eſt enim maximum vitæ regularis

f *S. Ignat. ex. c.* 4. à §. 29.

bonum obedientia; virtutes cæteras menti inſerens, inſertaſque cuſtodiens. Ideo cauendū, quantum patitur maius Dei ſeruitiū, ne ſint loca, aut officia, exercitiaque perpetua. *c. Cum ad monaſterium De ſtatu mon. et Extrau. Ad noſtrum l.3.de Regular.*

1080 Ad Clericorum Religionem ingrediendum ea impedimēta eſſe debere, quę ad ineundum ſtatum clericalem. Non debet ergo quiſquam in eam Religionem admitti, qui impedimentum habeat canonicum ne Clericus eſſe poſsit. *S.Ignat.ex.c.2. & p.1.c 3.*

1081 Inepti religioſo inſtituto, ne admittuntor. Accidet enim detrimentum Religioni. *S.Ignat. p.1.c.1. lit.C. & p.5.c.2. & p.10.§.7.*

g *S.Ign. ex. c.6. §. 8. & lit.A & c.7. §.1.2.et p.2. c.1. §.1. & p.10.§.7.*

h *S.Ign p.2. per totum.*

1082 g Inhabiles religioſo inſtituto ante profeſsionē eijciuntor. Ne detrimētum Religio patiatur. *Trident.ſeſs.25.de Reform. c.16.*

1083 h In Regularibus dimittendis, & eijciendis, ſacrorum canonum, & propriæ Religionis ſtatuta ſeruantor. Ne non legitima dimiſsio, eiectioque ſit. *Vide Conſtit. Regul.*



Digitized by Google

1084 *i* Si Regulares incorrigibiles fuerint, expelluntor. Ne alios corrumpant, neve locum occupent bonorum. *c. Relatum eſt Ne cler. vel mon.*

*i S. Ign. p. 2. c. 1. §. 1. & litt. A. & C. S. Baſilius in Aſcet. c. 47.*

1085 Silentij ſtudium eſſe in Regularibus debere. Vt linguam diſcant cohibere. Vt ſecularium verborum obliuiſcantur. *Baſil. in Aſcet. c. 13. & in reg. br. q. 208.*

1086 *k* Mortificationis, & omnium virtutum, & paupertatis in primis exercitationem in Regularibus eſſe debere. Sunt enim in ſtatu, ſcholaque perfectionis acquirendæ. *Baſilius in Aſcet. c. 8. 16.*

*k S. Ign. ex. c. 4. §. 27. 28 29. & ſeqq. & p. 6. c. 2.*

1087 Statis temporibus Religionis vota renouaro. Valet enim ad deuotionis augmẽtum, & ad excitandam, qua Deo obſtringeris, obligationis memoriam, & ad maiorem in tua vocatione confirmationem. S. Ign. p. 4. c. 4. §. 5.

## *De Sacramentis.*

1088 Esto prima cuique diligentia, vt Eccleſiæ Sacramenta ſuſcipiat. Nam per Sacramenta (quamuis nõ omnia ſingulis neceſſaria) omnis vera



Digitized by Google

iuſtitia vel incipit, vel cœpta augetur, vel amiſſa reparatur. *Trid.ſeſs.7.in princ.Florent.in decr. de vn.Armen.*

1089 Eſto cautus, vt Sacramenta ritè, dignèque ſuſcipias. Sanctiſsima enim ea ſunt, & inſtrumenta diuinæ gratiæ. *Trid. ſeſs.7. de Sacram.can.5.6.7.8.*

1090 Habeto Miniſter dum Sacramenta conficit, & confert, intētionem ſaltem faciendi, quod facit Eccleſia. Neceſſaria enim eſt ea intentio, vt ſint Sacramenta. *Trid ſupra can.11. Florent ſup.*

1091 Receptis vtitor, & approbatis Eccleſiæ Catholicæ ritibus, in ſolemni Sacramentorum adminiſtratione adhiberi cōſuetis. Nam ij nec contemni, nec ſine peccato à Miniſtris pro libito omitti, aut in nouos alios per quemcunque Eccleſiarum Paſtorem mutari poſſunt. *Trid. ſupra can.13.*

* *Sacramentorum materias, & formas vide in Concil.Flor. de Sacram.*

1092 * Caueto ne non ea materia, eaque forma in Sacramentis conferendis vtare, quam recipit Eccleſia. Eſt enim de Sacramentorum eſſentia tum materia, tum forma illa, quam Chriſtus ſtatuit, & per Eccleſiam manifeſtat. *Can.Apoſt.48. & c.Si quis*

*puerum*

Digitized by Google

*puerum De Baptiſmo. & eius eff. & c. Hi vt, eo. tit. vid. de conſecr. d.* 1. *& ſeq. & Florent. ac Trid. de Sacram.*

1093 Caueto ne iterum vel ſuſcipias, vel eidem conferas ea Sacramenta, quę imprimũt characterem, vt eſt Baptiſmus, Confirmatio, & Ordo. Eſſet enim ſacrilegium, quatenus fieret eis Sacramentis iniuria, quaſi efficacia non ſint. *Can. Apoſt.* 67. *& c. Licet Græcos De Bapt. & eius eff.*

1094 Caueto ne ea Sacramẽta conferas, ad quæ conferenda non eſt tibi poteſtas. Nihil enim conferres. *c. Quanto De conſuetudine. & Trid. ſeſſ.* 7. *de Sacr. can.* 10. *vide PP. apud Bellarm. de Clericis l.* 1. *c.* 3.

1095 Caueto ne Sacramenta ſuſcipias à miniſtris non legitimis, aut prohibitis. Eſſet enim ſacrilegium. *c. Veſtra duxit De cohab. cler. & cc. ſeqq.*

1096 Ne conferto Sacramentum vllum ei, qui baptizatus non ſit. Non enim eſt capax aliorum Sacramentorum. *c. Si quis Presbyter, & ſeqq. de Presb. non bapt.*

1097 Eſto diligens infirmus, vt ante omnia de Sacramentis cogitet, quæ medicina ſunt animorum. Sæpè enim ob infirmi-

tatem animi, morbi accidũt corporis. *c. Cum infirmitas De pœnit. & remiſs.*

1 *De Baptiſmi Ritibus vide Rituale. et Clem. Præſenti l. 3. tit. 15.*

## 1 *De Baptiſmo.*

1098 PVerorum Baptiſmum differendum nõ eſſe. Ne æternæ ſalutis periculum incurratur. *Greg. diſt. 5. can. 3. Aug. 15. q. 1. c 3. & de conſecr. d. 4. c. 7. 138. 139. & ſeqq. & c. Maiores De Bapt. & eius eff. & Clement. Fidei De ſum. Trinit. §. 3. & Trid. ſeſſ. 7. de Bapt. c. 12. 13. & ſeſſ. 5. de pecc. origin. & l. de eccl. dogm. c. 34. & alij apud Bellar. de Sacr. Bapt. l. 1. c. 8.*

1099 Sunto, quãtum fieri poteſt, præmia ijs, qui ex infidelitate ad Baptiſmũ veniunt. Ita enim plurimi pellicientur ad fidem, & ad ſalutem. *Diſt. 54. can. 15. 16. 17. 18.*

* *De Baptiſmo in caſu neceſſ. in quocunque loco, & momento Victor. Papa vide in Sum. Concil.*

† *Vid. reſpõſ. Zachariæ Papæ ad Bonif.*

1100 * Validum eſſe Baptiſmum à quocunque, etiam à laico, & ab hæretico acceptum. Si adhibita fuerit † vera forma, & materia, & intentio miniſtrantis. *24. q. 1. c. 40. & de conſecr. d. 4. Trid. ſeſſ. 7 de Bapt. can. 4. l. de eccl. dogm. c. 52. Concil. Florent. de Sacr. vid. Bellar. de Sacr. Bapt. l. 1. c. 7.*

1101 Eccleſiæ ritus conſulito

pro

pro Baptiſmo. Sunt enim ſanctiſſimi, ac tanto Sacramento congruentes. *Vid. de conſecr. d. 4. & Can. Apoſtol. 48. 49. & Leon. Pap. ep. 4. & 80. & Toletan. IV. can. 5.*

1102 Poſſe Baptiſmum martyrio ſuppleri: cum Baptiſmi ſuſcipiendi occaſio non habetur; & neceſſarium eſt pro Fidei cōfeſsione mortem oppetere antequam Baptiſmus ſuſcipiatur. *De conſecr. d. 4. c. 34.*

1103 Pœnitentiam agito de prioribus peccatis adultus antequàm baptizetur. Debet enim eſſe pœnitētiæ diſpoſitio ad gratiam recipiendam. *De conſec. d. 4. à c. 95.*

1104 Caueto ne iterū baptizes eum, qui verum Baptiſma ſuſceperit aliquando. Iniuriá enim faceres tanto Sacramento, quaſi efficax non ſit. *Can. Apoſtol. 46. Trid. ſeſs. 7. de Bapt. c. 11. 13. Conc. Arelat. c. 8.*

1105 Baptizandum ſub conditione illū eſſe, de cuius Baptiſmo dubium ſit. Ne periculum ſubeat ſalutis. *c. De quibus De Bapt. & eius eff. Leo I. ep. 37. ad Leonem Epiſc. Rauen.*

1106 Inuitos ne baptizato. Nam omnino inuitis neque gra-



Digitized by Google

tia datur, neque character baptiſmalis. *c.* M*aiores* §. *Item quæritur De Bapt.* & *eius eff.*

1107 Miniſtrum Baptiſmi eſſe à baptizato diſtinctum debere. Alius enim eſt, qui gignit; alius, qui gignitur. *c. Debitum De Bapt.* & *eius eff.*

1108 Curato vt poſt Baptiſmum legem obſerues Dei, & Eccleſiæ præcepta. Amittitur enim per quodcunque mortale peccatum gratia in Baptiſmo ſuſcepta. *Trident. ſeſs. 7. de Baptiſmo c. 6. 7. 8.*

1109 Poſſe cogi ad Chriſtianam legem profitendum etiam eos, qui paruuli Baptiſmum ſuſcepere. Nam verè ciues ſunt Eccleſiæ: & ipſi per Eccleſiam ſeruaturos ſe Chriſtianam legem polliciti ſunt. Baptizati enim ſunt Eccleſiæ fide, & eam Fidem ipſo Baptiſmi acta profeſsi ſunt, & infuſam Fidem ſimul cum Spe, & Charitate in Baptiſmo receperunt. *Trid. ſeſs. 7. de Bapt. c. 14. Patres apud Bellarm. de Sacr. Bapt. l. 1. c. 11.*



Digitized by Google

## *De Confirmationis Sacramento.*

1110 CVrato vt Confirmationis Sacramento ne careas. Verum enim Sacramẽtum eſt, & infundit prudentiam, conſtantiamque chriſtianam. *De conſecr.d.*5. *c.Quanto De conſuetudine. Trid.ſeſs.*7.*de Confir.Sacr.l.de eccleſ.dogm.c.*52. *Leo* I. *epiſt.*37.*ad Leon.Epiſc.Rauen.c.*2. *Vrban.Pap. d.* 5. *c.Omnes Fideles. Melchiades Pap.d.*5.*c.Spiritus ſanctus. Concil. Florent.de Sacram.vide Bellarm.de Sacr.Confir.l.*2.

1111 Ne quis alius Confirmationis Sacramentum conferto, præter Epiſcopum. Solus enim Epiſcopus ſanctæ Confirmationis ordinarius miniſter eſt. *Trid.ſeſs.*7. *de Confir.Sacram.c.*3. *Melchiades Pap.ſup.*Innoc.*Pap.c.*3. *ad Decen Epiſc.Concil.Florent.ſup. Bellar.de Confir.Sacr.l.*2.*c.*12.

## *De ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento.*

1112 AD ſanctiſsimũ Euchariſtię Sacramentum percipiẽdũ ne accedito * abſque magna

* *Vide* VI. *Syn.can.*101

Digitized by Google

magna reuerentia, & ſanctitate. m Qui enim accedit indignè, reus fit corporis, & ſanguinis Domini. Quare qui mortalis peccati ſibi conſcius eſt, quantumuis ſibi contritus videatur, abſque præmiſſa ſacramentali confeſſione, ad ſacram Euchariſtiam accedere non debet. *Trident. ſeſſ. 13. de Euch. Sacram. c. 7. & can. 10. Greg. diſt. 6. can. 1. Alex. V. de conſec. d. 2. c. 8. 24. 25. 26. l. de eccl. dogm. c. 53.*

m 1. *Cor.* 10. *S. Thom.* 3. *p. q.* 80. *a.* 4. 5.

1113 Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramẽtum percipito quiſque Fidelium annis ſingulis ſaltẽ in Paſchate; cum ad diſcretionis annos peruenerit. Hoc enim eſt Eccleſiæ Matris præceptum. *Trid. ſeſſ. 13. can. 9. de Euchar. & c. Omnis vtriuſque De pœnitent. & remiſſ. Soth. Pap. de conſecrat. d. 2. c. In Cœna.*

1114 A Sacerdote laicus communionem accipito. Nam ſemper in Eccleſia Dei mos fuit, vt laici à Sacerdotibus communionem acciperent; Sacerdotes autem celebrantes ſeipſos communicarent. *Trid. ſeſſ. 13. de Euchar. Sacr. c. 8.*

1115 Viaticum omnibus in morte poſitis non eſſe negãdum. Eſt enim pignus vitæ æternæ.

*Concil.*

*Concil. Agath. d. 50. c. 63. & d. 86. c. 24. & 2. q. 1. c. 7. & 26. q. 7. & de conſecr. d. 2. c. 93. & c. Super eo l. 6. de Hæret.* Innoc. I. *ep. 3. ad Exup. c. 2.*

1116 Communionem ab Hæreticis accipere non licere. *24. q. 1. c. 41. 42.*

1117 Miſſam nemo celebrato, aut Euchariſtiam ſumito, niſi ieiunus. Debetur enim Chriſti corpori ea reuerentia. Niſi cum in morte poſitis viaticum ſumẽdum eſt. *De conſecr. d. 1. c. 49. 50. & d. 2. c. 54.*

1118 *n* Euchariſtiæ frequentem vſum & vtilem, & laudabilem eſſe. Eſt enim tantum Sacramentum animæ cibus, ac medicina, æternæq; felicitatis pignus. *De conſecr. d. 2. à c. 14. & c. 56. & Trid. ſeſſ. 13. de Euch. Sacr. c. 2. l. de eccl. Hier. c. 53.*

*n* S. Ign. ex. c. 4. §. 25. & p. 4. c. 4. §. 3.

1119 Sanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum Latriæ cultu veneratot. Eſt enim in eo præſens Chriſtus verus Deus. *Trid. ſeſſ. 13. de Euch. Sacr. c. 5.*

1120 Eccleſiæ conſuetudinẽ retineto, aſſeruandi in ſacrario ſanctam Euchariſtiam. Vt eſſe poſsit eius vſus & pro infirmis promptus; & pro conſolatione

Fide-

Fidelium. *Trident. ſupra c.6.*

o S.Th.3.p. q.80.a.1.2. 1121 *o* Cum ſacramentaliter non potes, Euchariſtiam ſumito ſpiritualiter. Nam voto panem cæleſtem edens; fide viua, quæ per dilectionem operatur, fructum eius, & vtilitatem ſenties. *Trid. ſupra c.8. & ſeſſ.22. de ſacrif. Miſ.c.6.*

1122 Solum conficientes ſub vtraque ſpecie communicanto. Nam valdè rationabile eſt præceptum Eccleſiæ, vt qui non conficit, ſub altera tantum panis ſpecie communicet. * Et vero ſub altera tantum ſpecie totus, atque integer Chriſtus, verumq; Sacramentum ſumitur. *Trid. ſeſſ. 21. de comm. ſub vtr. ſpec.* S.Th.3.p. q.80.a.12.

* *Vide Bell. de Sacram. Euchar. l.4. à c.20.*

1123 * Non licere Sacerdoti conficienti, alteram tantum materiam, vt panem ſolum, aut ſolū vinum conſecrare. Nam Miſſæ ſacrificium repræſentatiuum eſt mortis Chriſti: quæ ſanguinis effuſione contigit. Repræſentatur autem ea effuſio, quatenus vi verborum, quibus panis conſecratur, ſolum corpus venit, non ſanguis, niſi per concomitātiam; & vi verborum, quibus vinum conſecratur, tantū ſanguis venit, non

* *Quod Sacerdos celebrans teneatur ſemper communicare vide* Tolet. XII. can.5.

non etiam corpus, niſi per concomitantiam. Vt ergo ſanguinis à corpore ſeparatio repræſentetur, eſt vtraque ſpecies conſecrãda. Eſt proinde vtraque ſpecies à conficiente ſumenda; vt integrum ſacrificium conſumetur, quatenus cruenti ſacrificij repræſentatiuum. *S.Th.3.p.q.80.a.12.*

1124 Euchariſtiæ miniſter, peccatoribus manifeſtis, ante pœnitentiam; pueris ante vſum rationis; amentibus, qui nunquã in vſu rationis fuerunt, aut nunquam hoc Sacramentum petierunt; furioſis, & ijs infirmis, à quibus expulſio Sacraméti probabiliter timetur; venerabile hoc Sacramentũ ne miniſtrato. Eſſet enim contra tanti Sacraméti reuerentiam. *S.Th.3.p. q.80.a.6.9.*

## *De Pœnitentiæ Sacramento.*

1125 ESſe omnia, & ſingula peccata mortalia, quorum memoria cum debita diligenti præmeditatione habeatur, etiam occulta, Sacerdoti legitimo confitenda. Id enim neceſſarium eſt ad remiſsionem peccatorum, iure diuino. *Trid: ſeſs. 14. de Pœnit. Sacr. c. 5. & can. 6.*

&

*& ſeſſ.7. de Bapt.c.10. & Florent. de Sacr. Pœn.*

1126 Pœnitentiæ Sacramentum ſine peccatorum contritione ne ſuſcipito. Ad integritatem enim eius Sacramenti, peccatorum contritio ex Dei inſtitutione requiritur. Et peccati venia, niſi correcto, non datur. *Trident. ſeſſ.14. de Pœnit. Sacr. c.3. & c. Peccati venia l.6 de reg. iur.*

1127 Eſſe ſaltē ſemel in anno ad Pœnitentiæ Sacramentum ab omnibus, & ſingulis, cùm ad annos diſcretionis peruenerint, accedendum. Iubet enim hoc Eccleſia, ut diuinum de ſacramētali confeſſione præceptum impleatur. *Trid. ſupra c.5. & c. Omnis vtriuſque De pœn. & remiſſ.*

1128 Nullus Sacerdos à peccato mortali abſoluito pœnitentem vllū ſine ordinaria, vel ſubdelegata ad abſoluendum poteſtate. *p* Verum enim in Sacramento Confeſſionis iudicium exercetur. Exerceri autem actus iudicij non poteſt ſine legitima iuriſdictione. *Trid. ſupra c.7. & ſeſſ.23. de Refor. c.15. & 26. q.6. & c. Ne pro dilatione De pœnitent. & remiſſ.*

*p Trid. ſeſſ. 14. de Sacr. Pœnit. c.6. & can.9.*

* *Nō eſſe manifeſtos vſurarios abſoluēdos, niſi de vſuris ſatisfecerint: vel de ſatisfaciendo pro ſuarū viribus facultatum præſtent idoneam cautionem.*

1129 * Debere Sacerdotes, quan-

quantum ſpiritus, & prudentia ſuggeſſerit, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate, conuenientes pro peccatis ſatiſfactiones iniungere. Nam ſi peccatis conniueant, & indulgetius cum pœnitentibus agant, leuiſſima quædam opera pro grauiſsimis delictis iniungendo, periculum eſt ne alienorũ peccatorum participes efficiantur. *Trid ſupra c.8. & De Pœnit. d.6. c.1. vid. Can. Pœnit. & c. Deus, qui De pœnit. & remiſs. & VI. Synod. can.102. & Concil. Vormacienſe c.7.*

1130 Non eſſe pœnitentiam, & reconciliationem vlli morietĩ denegandam. Eſſet enim impiũ. *26.q.6. & Clemen. [illegible] ſecundum De pœnit. & remiſs. Pro ijs, qui amiſerunt vocis vſum vide Leonem I. ep.91. c.4.*

1131 Pœnitentiæ imponẽdæ iudicium, ac modus eſto. Turpe enim eſt imprudẽter ſatisfactiones imponere. 25.*q.7. & de pœnit. d.5. & de conſecr. d.3. c.17. vide* Dec. l.5. *tit. de pœnit. & remiſs. &* VI. *Syn. can.* 102.

1132 Sine propoſito nõ peccandi, veram pœnitentiam non eſſe. *De Pœnit. d.*3.

1133 In Pœnitentiæ Sacramento

Digitized by Google

mento miniſter ne eſto, qui doctus, prudenſque non fueris. Exercendum enim tibi eſt iudicium in animas. De *Pœnitent.d.6. Vide* VI.*Syn.can.*102.

1134 A peccato reuertentes ne reijcito. Deus enim omnes pœnitentes recipit. *Can.Apoſt.*51. *& c.Super eo l.6. de Hæret.*

1135 De peccatis in confeſſione auditis ſecreti eſto ſigillum inuiolabile. Magis enim Eccleſię intereſt vſus Sacramenti confeſſionis, quàm quoduis aliud malum, quod ex eo cōfeſſarij ſilentio ſequi poteſt. Præterea Confeſſarius peccata in confeſſione audita nouit, non vt homo, ſed vt locum Dei tenens. Quare non ad ipſum, ſed ad Deum ſpectat ea reuelatio. *c. Dilectus filius De exceſſ. Præl. & c. Omnis vtriuſque De pœnit. & remiſſ.*

q *S.Ign. ex. c.*4.§.41. *& p.6.c.*1.§.2. *& l.exerc. de conſ.gen.vſu.* S.*Car. Borr. vit.l.*8.*c.*23.

1136 *q* Confeſſionum generalium vſum ne paruipendito. Multiplex enim ex eo ſpiritus vtilitas deprehenditur. *Extr.* In*ter cunctas De priuilegijs l.*5.

r S.*Ign. p* 3. *c.*1. *litt.* Q *& p.*4.*c.*4.§.3. *& c* 7. §.2. *& c.*16.§.1.

1137 *r* Confeſſionis ſacramẽtalis vſus eſto frequentiſſimus. Nam frequentiſſimè labimur in peccata. *Praxis Fidelium.*

1138 Vni Confeſſario legitimo

mo

mo ritè confeſſum, non teneri eadem peccata alteri confiteri. Quamuis enim laudabile ſit ob vtilitates plurimas eadem peccata ritè confeſſa, iterum, ac ſæpius confiteri: non eſt tamen neceſſarium. *Extr. Vas electionis l.5. de Hæret. & Extrau.* Inter *cunctas De priuilegijs*.

1139 A caſibus reſeruatis, niſi prius tibi facta ab eo, cui reſeruantur, poteſtate, ne abſoluito. Nullius enim momenti abſolutio ea eſt, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut ſubdelegatam non habet iuriſdictionem. Nulla tamen eſt in articulo mortis reſeruatio. *Trid. ſeſs. 14. de Pœnit. c.7. vide Extr. Etſi dominici l.5. & Bull. Cœn. & Decretum* Clem. VIII. *& ſimilia.*

1140 Curato Sacraméti Pœnitentiæ minister, vt verbis veram proferat abſolutionis formam, cum abſoluit, Ego te abſoluo, &c. vtque veram pœnitēs materiā exhibeat, Actus nempe contritionis, confeſsionis, & ſatisfactionis. Nam hæ ſunt huius Sacramenti partes, quę ad remiſſionem peccatorum ex Dei inſtitutione requiruntur. *Trident. ſeſs. 14. de Sacr. Pœnit. c.3.*

1141

1141 Ne quis Pœnitentiæ Sacramentum miniſtrato, præter Epiſcopos, & Sacerdotes. Nam in his ſolis Clauium, remittẽdiq; peccata, poteſtas eſt. Habent autem hi poteſtatem illam, etiam ſi mali ſint. *Trid. ſupra c.6.*

## s *De Sacramento Extremæ vnctionis.*

*s Ritus huius Sacramẽti vid. in c. Quę ſiuit De verborum ſign. et in Rituali. Alia pręcepta vide Par. 1. pr. 819. 820. et apud Bell. tom. 2. de Extrema vnct.*

1142 Extremę vnctionis Sacramentum ne contemnito. Nec enim tanti Sacramenti contemptus abſque ingenti ſcelere, & ipſius Spiritus ſancti iniuria eſſe poteſt. *Trident. ſeſſ. 14. de Sacr. Extr. vnct. c. 3. & can. 3.*

1143 Extremæ vnctionis Sacramentum non eſſe excommunicatis miniſtrandum. Excommunicatio enim à participatione Sacramentorum arcet. *Diſt. 95. c. 3. & 26. q. 7. c. 1.*

1144 Cum Extremæ vnctionis Sacramentum tibi ſuſcipiendum eſt, cogitato eo Sacramento finem vitæ, tanquam firmiſsimo quodam præſidio, à Chriſto Domino cõtra diaboli verſutias muniri. Ita ad illud ſuſcipiendum diligentiſsimus eris, & auidiſsimus.

mus. *Trid. ſeſs.* 14. *de Sacr. Extr. vnct. in princ.*

1145 Extremam vnctionem infirmis adhibendam eſſe, illis verò præſertim, qui tam periculosè decumbunt, vt in exitu vitæ conſtituti videantur. Nam Sacramētum exeuntium nuncupatur. *Trid. ſup. c.* 3.

1146 Qui poſt ſuſceptā hanc Vnctionem conualuerint, iterum huius Sacramenti ſubſidio iuuari poſſe, cum in aliud ſimile vitæ diſcrimen inciderint. Redit enim cauſa vnctionis ſuſcipiendæ. *Trid. ſupra.*

### *De Sacramento Ordinis.*

1147 SEruato, quæ circa Ordinis Sacramētum Eccleſiaſtica traditione, præceptiſque de ordinandorum ætate, impedimentis, doctrina, probitate, examine, probatione; de ſuſcipiendorum ordinum tempore, ac ritibus; deque eorundem exercendorum moribus, ac cæremonijs præſcribũtur. Ordo enim verum Sacramentum eſt à Chriſto Domino traditum Eccleſiæ: in quod proinde habet Eccleſia diſpo-

diſponendi poteſtatem. *Florent. & Trid. ſeſs. 21. de comm. ſub vtr. ſpec. c. 2. & ſeſs. 23. de Sacr. Ordinis. vide ſupra definitiones de eccleſ. Hierarchia per totum. Leo I. ep. 81. Alios PP. vid. apud Bellar. tom. 2. de Sacr. Ordinis.*

## t *De Sacramento Matrimonij.*

t *Eccleſiæ leges* De Matri*monio vide in Decc. l. 4. tit. 1. 2. 4. 5. 7. 8. 9. et ſeqq.*

u *Par. 1. d. 4. n. 51.*

*Illicitum eſſe vxores habere communes intellexit Ariſtoteles 2. Politic. 2. 3.*

x *Par. 1. d. 4. n. 52.*

1148 *u* NOn licere Chriſtianis plures ſimul habere vxores. Eſt enim id diuina lege prohibitum. *Mat.* 19. *Mar.* 10. *Epheſ.* 5. *Trid. ſeſs. 24. de Matr. Sacram. & de Refor. c. 7. & diſt. 34. c. 5. 6.*

1149 *x* Non licere dimiſſa coniuge, aliam ducere. Eſt enim perpetuum, ac indiſſolubile vinculũ Matrimonium. *Mar.* 10. *Epheſ. 5. Trid. ſeſs. 24. & 27. q. 2. & 32. q. 5. 7. & 34. q. 1. 2. Can. Apoſt. c. 47. vid. Decc. l. 3. tit. 32. de conuer. coniug. & c. de Francia De ſponſal. &* Matrim. *& Decc. l. 4.* I*nnoc.* I. *epiſt. 3. ad Exup. c. 6. & Florent. de* Matrim.

1150 Non licere, niſi legitima cauſa ſit, à coniuge ſeparari: ſanctũ enim eſt Matrimonium: & ius vtriuſque coniugis in alterius

Digitized by Google

terius coniugis corpus, perpetuum. *Diſt.30. cc.2.3.12. & 27. q.2.à c.19.et 32.q.5.et Can.Apoſt.5. vide l.3.tit.32.de conuerſ.coniug.& l.4.tit.19.de diuortijs.* Licet tamen coniugatis ex conſenſu vouere continentiam *Baſilius, Aug. Greg. Theodor. Hilarius Arelat. apud Bellarminum de* Monachis *l.2.c.37.*

1151 Non eſſe nuptias vituperandas. Sanctæ enim ſunt nuptiæ; quamuis multò virginitas ſanctior. *Diſt.31.can.8.9.& 27. q.2. Trid.ſeſs.24.de* Matr.*can.* 10. *Licitè etiam quartas, & vlteriores nuptias poſſe contrahi docet Florent. de vnion.Armen.in fin.*

1152 Non licere Chriſtianis contra Eccleſiæ leges matrimonia contrahere. Habet enim ius Eccleſia ad leges condendas, quę impediãt matrimonia, & eorum contractum inualidum reddant; & ad diſpenſandum in legibus illis. *Trid. ſeſs.24 can.3.4.9. vide 30.q.5. Cæleſt.Pap.35 q.6.c.2. & Decc.l.4.*

1153 Matrimonium ratum, non conſummatum, per ſolẽnem Religionis profeſſionem alterius cõiugum dirimi. Eſt enim genus quoddam ciuilis mortis profeſſio Religionis. *Trid.ſeſs.24.can.6.&*



Digitized by Google

*27.q.2.à c.27.vide* Decc.*l.3.tit.9.* *de conuerſione coniug. vid. Bellar. de* M*onachis l.2.c.18.*

1154 Matrimonij libertatem impediendam non eſſe. Eſt enim ſpontaneè contrahendum; cum eius vinculum perpetuum ſit. *Trid. ſeſs. 24. de refor. Matr. c.9. &* Decc.*l.4.tit.1. de ſponſ. & Matr.*

1155 Præcepto Eccleſiæ, quo ſolēnitatē nuptiarum certis anni temporibus prohibet, parendum eſſe. Habet enim ius Eccleſia ad id iubendum: & decet ijs temporibus à nuptiarum ſolennitate abſtinere. *Trid. ſeſs. 24. de* M*atr. can.* 11. *& de reform.* M*atr. c.10. & PP.33.q.4 à c.8.*

1156 Eſſe pro Matrimonio contrahendo denūciationes publicè faciendas, vt Eccleſia præcipit. Grauia enim peccata ex Matrimonijs clandeſtinis ſolent oriri. *Trid. ſeſs.24. de refor.* M*atr. c.1 & c. Cum inhibitio* De *clandeſt. deſponſ.*

1157 Non aliter, quàm præſente Parocho, vel alio Sacerdote, de ipſius Parochi, vel Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus teſtibus, Matrimonium eſſe contrahendum. Nam qui aliter contrahere attentant, eos Eccle-

ſia

ſia omnino inhabiles ad contrahendum reddit. *Trid.ſeſſ.24.de refor.* Matrim.*c*. 1.*&* 30.*q*.5.*Euar. Pap.ep.1.ad Epiſc.Aphric.*

1158 *y* Æquum eſſe coniuges in eadem domo non cohabitare antequàm benedictionem ſacerdotalem in Templo ſuſcipiant. Valet enim ea benedictio ad plura pro Matrimonio auxilia à Deo impetranda. *Trid.ſeſſ.24.de refor. Matr.c.*1.*§.Præterea.* Carthag.IV.23.*d.can.*33.*&* 30.*q*.5.*c*.5.

y *Canones de Benedictione vid. in* Decc: *l.*4.*tit.*21.*de ſecundis nuptijs.*

1159 Eſto à coniugibus ea diligentia, vt ante quàm contrahant, Pœnitentiæ, ac Euchariſtię Sacramenta ritè ſuſcipiant. Eſt enim ea præparatio ad ſanctitatẽ Matrimonij valdè vtilis diſpoſitio. *Trid.ſeſſ.24.de refor.* Matr.*c*.1.*§.Poſtremo.*

1160 *z* Matrimonij contractũ intra quartum conſanguinitatis gradũ ne inito. Non enim decet. tum quia debetur parentibus reuerentia: eſt autem contra reuerentiam, corpore parentum vti in actibus generationis, qui brutorũ magis, quàm hominis proprij ſunt; quique operationem impediunt rationis. tum quia matrimonia contrahũtur ad hominum ſocietatem, & amicitiam

z *S.Thom.in Addit. q.*54.*a*.3.
*Ariſt.* 2.*Politic.c.*2.

amplificandam: nullus autem maior ſocietatis, & amicitiæ nexus, quàm cōſanguinitatis: quare derogat conſanguinitatis vinculo matrimoniū inter conſanguineos contractum. tum quia carnis concupiſcentia, cum ſit maximè impeditiua operationū rationis, debet quātum fieri poteſt eſſe moderata: àt coniux, qui non ſolum ſit caro, ſed caro etiam eo nomine tua, quia ex eadē eſt propagine; maximè concupiſcentiā excitat, & auget. *Trid. ſeſſ.* 24. *de Refor. c.* 5. *Innoc.* III. *c. Non debet, De conſang. et affin. Aug.* 35. *q.* 1. *c.* 1. *&* *q.* 3. 6. 7. 8. *&* *Clem. Eos, qui l.* 4 *de cōſang. Later. ſub Innoc.* III. *c.* 50.

1161 Si quis error circa ſubſtantiam perſonæ contrahētis in Matrimonij contractu cōtingat; Matrimonium ne eſto. Non eſt enim vera contrahēdi voluntas, ſi putans quis contrahere cum Maria, contrahat cum Ioanna. 29. *q.* 1. *c.* 1.

1162 Si quis error circa perſonæ contrahentis conditionem ita contingat, vt errantis conditio ſit deterior; vt ſi quis liber putās ſe contrahere cum libera, reperiat eam eſſe ſeruam: Matrimonium

Digitized by Google

monium ne eſto. Non enim fuit voluntas contrahendi. *c. Ad noſtram De coniug. ſeruo. & 29. q. 1. & q. 2. c. 4.*

1163 Cum perſona, Religionis per Eccleſiã approbatæ votis Deo dicata, Matrimoniũ ne eſto. Dedecet enim perſonã Deo dicatam matrimoniũ carnale: & impedimentũ affert diuino cultui, amorique in Deum ſtudioſo; qui finis eſt vitæ religioſæ. *Trid. ſeſs. 24. de* Matr. *can. 9. Clement. vnica De conſang. & affin. Nicolaus Papa d. 27. c. 6.* Calix. II. *ibid. c. 8. Hier. ibid. c. 9.* Concil. Tiburienſe *20. q. 1. c. 6. 7. & 27. q. 1. & Alexand.* III. *c.* Meminimus *tit. Qui* Clerici, *&c.* Innocent. III. *c. Inſinuante tit. Qui Clerici, &c. et Bonif.* VIII. *c. Quod votum l. 6. de vot. &c. &* Clem. V. *Clement. Eos, qui l. 4. de conſang.*

1164 *a* Cognationis ſpiritualis vinculo iuncti, Matrimonium inter ſe ne ineunto. Non enim decet. Contrahitur autem ex Eccleſiæ decreto cognatio ſpiritualis in Sacramento Baptiſmi, & Confirmationis, inter ſuſcipientes, ſeu tenentes (qui vnus tantum, & vna debet eſſe, quamuis vnus, vel vna ſufficiant) & baptizatum ipſum, ſiue confir-

a *Vid.* Decr. *l. 6. de cogn. ſpir.* VI. *Synod. can. 53.*



Digitized by Google

matum; & illius patrem, & matrem: necnon inter baptizantem, ſiue confirmantem & baptizatũ, baptizatique patrem, ac matrem tantum. *Trid. ſeſs. 24. de reform. Matr. c. 2. Pius V. in bull. Cum illius vicem. & 30. q. 3. 4.*

1165 *b* Cum ſponſalia valida fuerint, ad Matrimonium contrahendum Iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentum eſto. Decet enim eſſe. Sed impedimentum illud ex Eccleſiæ decreto primũ gradum non excedit. *Trid. ſeſs. 24. de reform. Matr. c. 3. & 27. q. 2. c. 11. & ſeqq. & c. Ad audientiam De ſponſ. & Matrim. & c. Sponſam eo. tit.*

b De *ſponſ. vide* Decc. *l. 6.*

1166 Affinitas ex fornicatione contracta impedimẽtum eſto dirimens Matrimonium. *c* Decet enim hoc impedimentum eſſe: Sed ex Eccleſiæ decreto reſtringitur ad eos tantum, qui primo, & ſecundo gradu coniunguntur. *Trid. ſeſs. 24. de refor. Matrim. c. 4. Pius V. in bull. Ad Rom. Pontificem ſpectat. & 27. q. 2. c. 30. & ſeq. &* Decc. *l. 4. tit. 3. de eo, qui cogn.*

c *Vide infra* De *interpret. verb. v. Affinitas.*

1167 Inter raptorem, & raptam, quandiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit, nullum poſſe conſiſtere Matrimoniũ. Ita enim de-

decernit Eccleſia. *Trid. ſeſs.* 24. *de refor. Matrim. c.* 6. *vide* 27. *q.* 2. *c.* 33. 34. *&* 36. *q.* 2.

1168 *d* Inter adoptatum, & filium adoptantis non poſſe durante adoptione conſiſtere Matrimonium. Non enim decet. *Nicol. Pap. de cognat. leg. c. vnico. &* 30. *q.* 3. *c.* 6.

d *Vide Gloſ. de cogn. leg. c. vnico.*

1169 Inter adoptantem, & adoptatum, ac adoptati filios, & nepotes vſque ad quartum gradum non poſſe Matrimonium contrahi. Non enim decet. *ff. de ritu nuptiarum, Adoptiuus, & Quin etiam. Nicol. Pap. c. Si qua De cogn. legali.*

1170 Affinitas ex coniugali copula, & ex Matrimonio rato, licet nõ conſummato, contracta, impedimentũ eſto dirimens Matrimonium vſque ad quartum gradum. Non enim decet vſque ad eum gradum tales affines contrahere. *Innoc.* III. *c. Non debet, de conſang. & affin. Pius V. in bull. Ad Romanum ſpectat, ann.* 1564. *&* 27. *q.* 2. *c.* 11. *& ſeqq. &* 30. *q.* 1. *c.* 5. *et* 35. *q.* 3. 10. *et Decr. l.* 4. *tit.* 14. *& c. Deus, qui De diuortijs.*

1171 Cum vnus coniugum conuenit cum altero, vt occidãt alterũ coniugum, vt poſsint inter



Digitized by Google

ſe contrahere: ſi occidant, non poſſe contrahere. Eccleſia enim prohibet. *Cœleſt.* III. *de conuer. Inſid. c.* 1.

1172 Si alter coniugum, aut ſolutus, occidat alterum coniugem, vt contrahat cum adultero, etiam eo ignorante; Matrimoniū validū non eſſe. Prohibetur enim ſecundum Canones. *Alex.* III, *c. Super hoc, de eo, qui dux. in matr. poll. per adult.* I*nnoc.* III. *c. Significaſti, eo. tit.* & 31. *q.* 1.

1173 Cum intercedit Matrimonij promiſsio inter adulterū, & adulteram, cum copula ſiue antecedente, ſiue conſequente promiſsionem: inter eos poſt obitum coniugis, eſſe Matrimonium non poſſe. Prohibent enim ſacri Canones. I*nnoc.* III. *c. Significaſti, de eo, qui dux. in matr. poll. per adul.* & 31. *q.* 1.

1174 Cum vnus coniugum, qui per verba de præſenti cōtraxerunt, Matrimonium cum alio contrahit etiam de præſenti, & habet copulam: eos, etiam mortuo priori coniuge, non poſſe contrahere; *e* modò vterque criminis conſcius fuerit. Prohibent enim ſacri Canones. I*nnoc.* III. *c. Veniens, de eo, qui duxit in ma-*

e *Alex.* III. *c. Propoſitū, de eo, qui duxit in matr. poll. per adul.*

*trimo-*

*trimonium poll. per adult.*

1175 Si alter coniugum ſit baptizatus, alter non baptizatus, & Matrimonium ante Baptiſmum non fuerit contractum; contrahere non poſſe inter ſe. Non enim decet ob diſparem in altero cultum. 28. *q.* 2. *can.* *Caue*: *Concil. Elibert.* c. 15. 16. 17.

1176 * Si Matrimonium ante Baptiſmum contractum ſit, quid agendum cum vterque, aut alter coniugum baptizatur, ſacros Canones conſulito. Nam alterata multum materia, vel conditionibus contrahentium, ſolent contractus mutabiles reddi, præſertim accedente auctoritate Principis, qui ius altum habet in bona ſubditorum. Videtur autem Baptiſmus magnam alteratione͂ inducere in perſonas, & eorum conditione͂ valde variare. Quare Infidelium matrimonium redditur per alterius coniugis Baptiſmum diuiſibile, ſi Eccleſię auctoritas accedat. Quam habere eam auctoritatem dubitari nõ poteſt. quia de facto de Infidelium matrimonijs poſt Baptiſmũ, diſponit. Non poteſt autem Eccleſia in decernendis ijs, quæ ad credenda, vel agẽda pertinẽt, errare.

* *De matrimonio cũ Hęretico vide* Conc. *Laod.* c. 10. 31.



Digitized by Google

*Vide Eccleſiæ Canones 28. q. 1. 2. & c. Quanto De diuort.*

1177 Matrimonium per metum contractũ cadentem in conſtantem virum, nullum eſſe, niſi ceſſante metu, conſenſus renouetur. Nam Eccleſia nõ vult valida eſſe ea matrimonia: vt matrimonia ſint libera. *c. Cum locum, & c. Veniens 1. de ſponſal. & c. Significauit, de eo, qui duxit in matr. quam poll. & c. Ad id, De ſponſal.*

1178 Quos ſacris ordinibus Subdiaconatus, Diaconatus, Preſbyteratus initiatos eſſe contigerit; non poſſe matrimoniũ contrahere. Non enim decet immediatos in diuiniſsimo ſacrificio miniſtros, carnis miniſterio dedi. *Clemens V. in Concil. Vienn. Clem. vnica De conſang. & affinit. Martinus Pap. d. 27. c. 1. Calix. II. d. 27. 8. Nicolaus Papa d. 32. c. 4. Alex. III. c. Si qui cleric. De clericis coniug. & c.* De Diacono *tit. Qui clerici, &c. & c. Ex litterarum eo. tit. & c. Quod votum l. 6. De voto, &c. De Subdiacono Concil. Rom. ſub Sylu. c. 8.*

1179 Si quis poſt matrimonium ratum, licet nondum conſummatum, cũ altero contrahat; illud ſecundum non eſſe matri-

moniũ.

monium. f Prohibitum enim eſt cum pluribus coniugibus matrimonio copulari. *Aug. de ſponſa du. c. 1. vide Decc. l. 4.* f *Par. 1. d. 4. n. 51.*

1180 Si quis impedimentum habeat ad ſeminandum, eſſe ad contrahendum inhabilem. Eſſet enim contra finem matrimonij talis contractus. *tit. De frigidis, & malef. & impot. coeundi, per totum, & 33. q. 1.*

1181 Matrimonium ſub conditione contractum, quæ contra bona ſit matrimonij, vt contra prolem, fidelitatem, indiſſolubilitatem; validum non eſſe. Decet enim tale matrimonium nullum eſſe; ac ſi verus in illud conſenſus non eſſet. *Aug. c. Solet quæri, & c. Aliquando 32. q. 2. & c. Si conditiones De condit. appoſ.*

1182 Matrimonium ſub conditione turpi, ſed non contraria bono matrimonij, vel ſub conditione impoſsibili; validum eſſe. Nam ſi adſit alioquin matrimonialis conſenſus, eæ conditiones habentur pro non appoſitis. Vt ſi quis dicat, Duco te vxorem, ſi occideris tuum patrem. Et, ſi ſciat patrem eius mortuũ, dicat, Duco te vxorem, ſi pater conſentiat. *Ex Concil. Afric. c. Qui-*



Digitized by Google

*cunque* De *condit. appoſ.* & *c. Si conditiones eo. tit.*

1183 Si quis contrahat ſub conditione honeſta; ſi ea de præſenti, aut præterito ſit: ſtante conditione, matrimonium eſſe; non ſtante, matrimonium non eſſe. Pendet enim à conditione conſenſus in matrimonium. *Decc. l.4. tit.5.* De *condit. appoſ.*

1184 Si quis contrahat ſub conditione honeſta de futuro; ante conditionem impletam non eſſe matrimonium; conditione autẽ impleta, eſſe matrimonium, perdurantibus ipſis in ſua voluntate. Non enim eſt conſenſus in matrimonium, niſi poſita conditione. *Vrbanus* III. De *cond. app. c. Super eo.*

1185 Eſſe aliqua, quæ matrimonium contrahendũ impediũt, ſed non dirimunt contractum. Ita enim decreuit Eccleſia. Ea sũt 1. g Interdictum. Cum Epiſcopus, Vicarius, aut Iudex interdicit aliquibus ne contrahant, donec cauſa aliqua, vel impedimẽtum examinetur. 2. h Votum ſimplex Caſtitatis, aut Religionis. 3. i Sponſalia. Cum quis contraxit cum aliquo de futuro, non poteſt cum alio contrahere

g *Alex.* III. De *matrim. cõtracto con. inter. Eccleſ. cc.* 1.2.3.

h *Diſt.* 27. *cc.* 2. & *ſeqq.* & *Decc. l.*4. *tit.*6. *c.*3. & *ſeqq.* & *l.*6. *de vot. c.* 1. & *Extr. Antiquæ* De *vot.* &c.

i *Decc. l.*4. *tit.* 1.2.

de

de præſenti. k Catechiſmus, Cum quis fuit ſuſceptor in Catechiſmo, non poteſt cum ijs contrahere, cum quibus non poſſet, ſi eſſet ſuſceptor in Baptiſmo, aut Confirmatione. 5. *l* Inceſtus. Si coniux rem habeat cum coniugis conſanguineo, vel cõſanguinea; mortuo coniuge, non poteſt contrahere. 6. Vxoricidium. *m* Qui ſuã vxorem occidit, non poteſt cum alia contrahere. 7. *n* Raptus alienæ ſponſæ. Qui rapuit alienam vxorem, vel ſponſam, non poteſt contrahere. 8. *o* Qui fit ſuſceptor filij proprij malo animo, vt contrahat cognationem cum vxore, ne reddat debitum: is mortua vxore, non poteſt cum alia contrahere. 9 *p* Qui Sacerdotem occidit, conuictus contrahere non poteſt. 10. *q* Si quis Monialem in vxorem accepit. *Ius Can. in marg. huius def.*

1186 Eſſe aliqua, quæ ad petendum debitum impediunt, donec diſpenſatio habeatur; non autem ad reddendum. Ita enim decet. Ea ſunt 1. *r* Votum ſimplex caſtitatis ante contractum matrimonium. 2. *s* Copula cum coniugis conſanguinea, poſt cõtractum matrimonium. 3. *t* Spiritualis

k *Clem.* III. *De cogn. ſpir. c. Contracto matr.*

l *Cæleſt.* III. *c. Tranſmiſſæ De eo, qui cogno. conſang. vxor.* & 34. *q.* 1. *c.* 8. 9. & 35 *q.* 3.

m *Stephanus Pap. V.* 33. *q.* 2. *c. Admonere.*

n *c. Statutum* 27. *q.* 2.

o *c. De eo,* 30. *q.* 2.

p *c. Qui Preſbyterũ De pœnit. et remiſſ.*

q *c. Hi ergo* 27. *q.* 1.

r *Auguſt.* 32. *q.* 8.

s *Vide* 32. *q.* 7. *à c.* 20. & *Decc. l.* 4. *tit.* 13.

t 30. *q.* 1.

tualis

Digitized by Google

tualis cognatio inter coniuges ſcienter, ac ſine neceſsitate poſt matrimonium contracta. *Ius can. in marg. hu. def.*

1187 Seruitutis conditione verum matrimonium non impediri, ſi vterque coniux ſeruus ſit; aut ſi, cum alter liber eſt, ſciat ſe cum ſerua, aut cum ſeruo contrahere. Eſt enim in eo matrimonio verus, ac legitimus nuptiarum affectus. 29. *q.* 2.

1188 Conſenſum inter impuberes nõ eſſe matrimonium, donec ad pubertatis annos peruenerint. 30. *q.* 2.

1189 Secundas nuptias non eſſe illicitas. *Aug.* 31. *q.* 1. *c.* 12. 13. & *Decc. l.* 4. *tit.* 21.

1190 Sine vtriuſque coniugis conſenſu matrimonium nõ eſſe. 31. *q.* 2. & *Decc. l.* 4. *tit.* 1.

1191 Sponſaliorum fidem frangere non licere. 31. *q.* 3. & *Decc. l.* 4. *tit.* 1.

1192 Non eſſe adulteram ad viri torum admittendã ante poenitentiam. 32. *q.* 1. *et* 34. *q.* 1. 2. *c.* 7. & *Decc. l.* 4. *tit.* 19. *De diuortijs*, & *c. Si vir De adulterijs.*

1193 Meretricem in vxorẽ ducere, peccatũ nõ eſſe. 32. *q.* 1 *c.* 14. & *c. Inter opera De ſponſ. & matr.*

1194

1194 Cauento coniuges ab immoderato vſu matrimonij. Nõ enim eſt neque venialiter peccandum. 32.q.2. & 33.q 4.

1195 Illicitã eſſe abortus procurationem; & homicidium, ſi iam fœtus ſit animatus. 32.q.2.

1196 Qui fornicatur, fornicariam vxorem dimittere nõ poſſe. 32.q.6. & *c Ex litteris tuis De diuortijs, et c. Tua fraternitas De adulterijs.*

1197 Eſto inter coniuges ea temperantia, vt non ſit vſus matrimonij, cum non decet. Vt diebus feſtis, & tempore cõceptus, & partus, ac ſimilibus. 33.q.4. & *de conſecr. d.2.c.21.*

1198 Mulieri ſtatim poſt partum Eccleſiam ingredi, non illicitum. Ad veritatem enim Euangelij vmbra legis euanuit. *Innocentius* III. *c. Volens De purificat. poſt partum.*

Seſſio

a *Vide alia præcepta Par. 1. à pr 2052. et à pr. 2080.*

## *Sectio II.* a *De Iuſtitia politica, & obſeruantia, & pietate in patriam.*

1199 ESto Principis regimen reſpectu regni; quale animæ reſpectu corporis, quale Dei reſpectu mundi. Diſcere enim regimen Princeps debet & à ſeipſo, & à Deo, ad cuius eſt imaginem conditus. *S. Th. de reg. Princ. l. 1. c. 12. & ſeqq.*

b *S. Thom. de regim. Princ. l. 1. c. 10. 11. S. Amb. 1. off. c. 28. & l. 3. c. 2. 3. Ariſt. 3. Polit. c. 4.*

1200 b Eſſe bonum commune cuique priuato commodo præponẽdum. Ius enim habet totum in partes, vt à ſuis partibus conſeruetur, etiam cũ iactura partis. *Trident. ſeſſ. 6. de Refor. c. 1. Leo I. ep. 84. c. vlt. ad Anaſt.*

1201 Summam Principum in ſubditos auctoritatem, & poteſtatem eſſe debere, quanta eſſe iuſtè poſſit. Ne vllum regimini ſit impedimẽtum in maius Reip. bonum. *S. Ignat. p. 9. c. 3. Bellar. de Rom. Pont. l. 1. c. 2. 4.*

1202 Prouidendum omnino eſſe, ne qui Rectores auctoritatem, poteſtatemque magnam habent, ea in malum abutantur. Vt ſuum habeat poteſtas frænum.

S. Ign.

*S.Ign. p.9.c.4.5. Bellarm. de Rom. Pontif. l.1.c.3.*

1203 Curam præcipuã à Rectoribus bono communi deberi. Vt enim ſe habet Caput reſpectu corporis, & Ratio reſpectu potentiarũ, quæ ſunt in homine: *c* ita ſe habet Rector ad populum, bonumque commune. *Trid. ſeſſ.6. de Reform. c.1. diſt.84. c.1.2. & d.97. c.1. & 7.q.1.c.11. & 8.q.1.c.13.*

1204 *d* Iniuriam magnam facere communi bono Principes, ac Rectores illos, qui publico regimini non prouident de Miniſtris, aut addicunt Miniſtros nõ congruos; vt malos, vt imperitos, vt deſides. Magna enim mala ſemper experti ſumus in Rebus publicis à Miniſtris incongruis, & ex abſentia Miniſtrorum. *Trid. ſeſſ.5.c.1. de Refor. & ſeſſ.7. cc.3.7. & ſeſſ.21.c.6. & ſeſſ.24. de Refor. c.1. & ſeſſ.25. de Refor. c.10. & Tolet.* III.*d.54.c.14. & diſt.89. & 16.q.7.c.9. et c. Quoniam in pleriſque De offic.* Iud.*ord.*

1205 *e* Curam Principum primam eſſe debere Religionis. Nam præcipuum populorũ bonũ eſt Religio. *Gratianus, Valent. Theod.* Impp.*tit.1.C. de Trin. et Fide*

*Cath.*

c *S.Thom. de reg. Princ. l.1. c.1.12.*

d *In uita Cardin. Bellarm. c.20.* S.Ig*nat. p.4. c.10.* §.4.5.6. *Huc faciunt Canones ſacri de iurepatronatus in Decretal. & Clement. Vide S. Tho. 2. de regim. Princip. c.10. & Ariſtot. 6. Polit. c.8.*

e S.*Thom. de regim. Princ. l.1. à c.7. & l.2.c.16. Ariſt.7. Polit. c.8.* Ioſaphat 2. *Paral.17.*

*Cath. & ſeq. Trident. ſeſs.21.c.8.de Refor. & ſeſs.22.cc.8.9. & ſeſs.25. de inuoc. Sanct. et de Refor.c.17.20. & Martianus* Imp.*d.*36.*c.*2. *et* 23. *q.*3. & *q.*4. *à c.*38. & Clem.Cedit *quidem l.5. De* Iudæis, & *Sarac. vide Patres apud Bellarm. de laicis l.3.c.18.*

1206 Epiſcoporum eſſe, diuini cultus rationem explicare, ac illibatam tueri. Sunt enim ipſi Principes in vera Religione, ac Doctores præcipui. *Trid.ſeſs.25. De inuoc.Sanct.in fi.* Can.*Apoſt.*57.

f *S.Th.* 2.*de regim. Princ. c.*16.

1207 *f* Deberi à Principibus bono communi extruendorum Templorum curam. Religionis enim propria loca ſunt Templa. *Trid.ſeſs.21.de Refor.c.7.8.et Decr. l.3. tit.48. de Eccleſijs ædif. vide Bellar.de cultu Sanct. l.3.c.4.5.6.*

g S.Ign.*p.*10. §.13.*lit.*C. S. *Tho.* 2. *de regim.Princ. c.*11. *Ariſt.*7.*Polit. c.*11.12.

1208 *g* Deberi à Principibus Reip. curam extruendorum murorum, turrium, Gymnaſiorum, platearum, viarum, fontium, aliorumque ædificiorum, ad vrbium cuſtodiam, vel ornatum facientium. Pertinent enim hæc ad bonum commune, cuius eſt Principum cura. *Vide* S.*Th.de reg.Princ. l.*1.*c.*13.

h *Vide Ariſt.* 7. *Polit. c.* 5. 6.7.11.

1209 *h* Eligendam eſſe regionem temperatam ad inſtitutionẽ

ciui-

ciuitatis,& regni. Temperata enim regio ad vitam politicam plurimum valet. S. *Thom. l. 2. de regim. Princ. c. 1. 2.*

1210 Deberi Reip. Chriſtianæ à Principibus curã ſacræ doctrinæ conſeruandæ, ac propagandæ; ad Catholicæ Fidei defenſionem, ac incrementum. Id autem potiſsimũ fiet ſacræ Scripturæ lectionibus, & Academijs inſtituẽdis, ac reſtituendis. *Trid. ſeſs. 5. de Refor. c. 1. & ſeſs. 23. c. 18. & ſeſs. 24. c. 8. 12. 16.*

1211 Deberi Eccleſiæ à Principibus eccleſiaſticis curam, vt in diuino cultu exhibẽdo ſit decor, et legum, ſacrorumq; rituum obſeruatio. Exigit enim eam curam Dei ſanctitas. *Trid. ſeſs. 22. decr. de obſer. in celebr. Miſs. & de Reform. c. 8. & ſeſs. 24. c. 12.*

1212 *i* Primam Principis curam eſſe debere, vt Reſp. publicis diuitijs abundet. Valent enim diuitiæ publicæ ad Reip. conſeruationem, ad hoſtes arcendos, ad annonę copiam, ad Miniſtrorum victum, ad præmia tribuenda, ad publicorum ædificiorum molitiones. *Vide Decc. l. 3. tit. 5. De præbendis, & tit. ſeqq.* i *Vide* S. *Th. 2. de regim. Princ. c. 5. 6. 7. Ariſt. 6. Polit. c. 5. & lib. 7. c. 8. 10.*

1213 k Diligentem Reipub. curam k S. Ign. *p. 9. c. 5.*

curam eſſe debere, vt ſuum Principem tueatur. Nam Reip. bonum à Principe pendet magnam partem. *Ariſt. 3. Polit. c. 10.*

1214 Vnam Principis diligentiam eſſe, vt in Repub. ſufficientia pro Miniſtris operum, munerumque, ſtipendia ſint: vtque eorum ſit prudens, legitimaque tributio. Conſeruatrix enim, auctrixque publicarum operum ea diligentia. *Vide Decc. l. 3. à tit. 5. De præbendis, vſque ad 9. Ne ſede vacante, &c.*

*l* S. Ign. p. 9. c. 6.

1215 *l* In eam curā Princeps incumbito, vt ſint Miniſtri, qui ipſū in regimine iuuare & ſciāt, & poſsint. Vnus enim nō poteſt omnia. *S. Th. 2. de reg. Princ. c. 10.*

1216 Ne quid Princeps inmonato ſanciendo, aut concedēdo, quod diminutiuum ſit iuris aliorum, ijs prius nō auditis. Ne qua contingat iniuria. Ne ſubditorū concitet odia. Ne agat imprudenter. *Decc. l. 3. tit. 9. Ne Sede vacante, &c. & l. 5. tit. 31. De exceſſ. Prælat.*

*m* In *Ariſt.* 5. *Polit. per totum.*

1217 *m* Curandum eſſe Principi, vt cupiditas habēdi frænum habeat. Multorum enim malorū origo eſt ea cupiditas. *Clement. Abuſionibus l. 5. et Extrau. Prodiens*

De

Digitized by Google

*De crimine falſ.* & *Extr.* In *delicto-rum l.2. De dilat.* & *Extr. Spondent l.5. De crimine falſ.*

1218 *Sepulturę leges, iuraq; ſunto. Spectant enim ad humana corpora, quorũ animæ ſunt immortales. *Vide* Decc. *l.3. tit.28. De ſepulturis.* & *l.6.* & *in* Clement. & *Extrau. l.3. de ſepult.* & *Bellarm. de Purgat. l.2. c.19.*

* *Vide Conc. Antiſiodor. c.12.14.15.*

1219 Actionũ in miniſterijs, & rerum pretia taxantor, cum oportuerit. Præcludendus enim eſt aditus auaritiæ. *Extr. Cum ad ſacroſanctæ De ſent. excom.*

1220 In honoribus, præmijs, officijs conferendis, virtutis rationem maximè habeto. Is enim erit maximus ſtimulus ad virtutum actiones. *Ex exper.*

1221 Illud eſſe diligenter obſeruandum, Ne quid ex legibus, inſtitutiſq; moueatur; maximèq; ab eo cauendem, quod paulatim repit. Latet enim corruptio: quia non tanta ſimul fit. *Ariſt. 5. Polit. c.8.*

1222 Torneamenta, ludique, in quibus ludentiũ, adſtantiumve vita periclitari ſæpè ſolet, prohibentor. Conſulendum enim eſt incolumitati ciuium. *Decc. l.5. tit.13. De torneamentis.*

1223 Enuncianda, quoties oportuerit, multitudini pericula, quæ in Remp. imminent. Excitat enim formido cuſtodiæ, cautioniſque diligētiā. *Ariſt. 5. Polit. c. 8.*

1224 Caueto ne irrepat in ciues crimen falſi. Nam & decētiæ, & iuſtitiæ ius lædit. *Decc. l. 5. tit. 20. De crimine falſi.*

n *Ariſt. 5. Polit. c. 7. 8.*

1225 *n* Caueto Princeps ne quid iubeat, aut immutet, ad qnod ipſi poteſtas non eſt. Agit enim illegitimè. *Decc. l. 5. tit. 31. De exceſs. Præl. & c. Nimis iniqua, & c. Nimis praua eo tit. Leo I. ep. 84. ad Anaſtaſ.*

o *Ariſt. ſup.*

1226 *o* Cauendum omnibus eſſe ne quis alterius ius lædat. Vt ſit iuſtum, ac legitimū inter omnes. *Decc. l. 5. tit. 33. De priuilegijs.*

1227 Caueto Rector, ne cum ipſi malum aliquod à quopiam ſuggeritur, vt medeatur; ſiue particulare malum ſit, ſiue cōmune, verbo vllo, ſignove pręferat, nullam ſe, leuemve de eo malo opinionem habere; aut exiſtimare ſe illam eſſe ſuggerētis ſolum imaginationem. Nam ſecuturi mali reus erit ipſe, ſi verum illud malum ſit. Et erit odibilis; opinionemque de ſe ſubditis ingeret Rectoris non amantis. *Exper.*

1228

1228 Curato Rector, vt quicquid ſibi à quocunque ſuggeritur ad bonum regimen ſpectans, audiat attentè, ac amanter excipiat. Nam ſæpè cõtingit vt ab ijs, à quibus id eſſe poſſe minus cogitamus, maximi momenti conſilium prodeat: & quę primo aſpectu videntur nihil habere poſſe vtilitatis, aut facilitatis; neceſſaria omnino eſſe, & ad exequendum facillima deprehendamus. Imprudentis ergo Rectoris eſt ſuggerentes non audire; aut ſtatim reijcere, quæ ſuggeruntur. *Exper.*

1229 *p* Deberi à Principibus Reip. curam, ne quæ à maioribus erecta, vel inſtituta ſunt, temporum iniuria obſoleſcant. Ea enim cura perdurant Reipub. bona. *Trid. ſeſs. 21. de Refor. c. 7. et ſeſs. 22. cc. 8. 9. & ſeſs. 25. de* Purgat. *& de Refor. c. 4. 8. Greg. 35. q. 9. c. 1.*

p *S. Tho. de reg.* Princip. *l. 1. c. 13.*

1230 *q* Cuſtodiam à malis animæ eſſe à Superioribus ſpiritualibus debitam eorum ſubditis. Paſtores enim illi ſunt reſpectu ſuorum ſubditorum. *S. Thom. de regim.* Princ. *à c. 7. l. 1.*

q S. *Baſil. in Aſcet c. 25.* S. I*gnat. p. 3. c. 1. & p. 4. c. 10. §. 5.*

1231 *r* Primam Principum curam eſſe debere, vt in omni coetu obſeruantia vigeat legum, ac

r S. *Ign. p. 4. c. 10. §. 5.* S. *Bonau. de ſex alis* Ser. *c. 3.*

ac ſtatutorum. Legibus enim, ſtatutiſque ſtant cœtus tùm eccleſiaſtici, tum ſæculares. *Trid. ſeſſ. 25. de Regul. ac Monial. & c. Cum ad Monaſterium De ſtatu monach. Leo* I. *ep.* 86. *c. vlt.*

s S. Ign. p. 6. c. 1. §. 1. S. Bonau. de ſex alis Ser. c. 3.

1232 *s* Primam ciuis cuiuſque curam eſſe debere obſeruantiam legum, ac ſtatutorum. Non enim amat Remp. qui in eorum curam non incumbit, quibus ea ſtat, vigetque. *Trid. ſeſſ.* 25 *de Regular. & Mon. c.* 1. *Gregor. d.* 93. *c.* 21. *& c. Recolentes De ſtat. monach.*

1233 Iniuriam facere bono communi Principem illum, cuius negligentia ſunt in populo ſuæ curæ commiſſo vitia. Muneris enim ipſius eſt, qui Caput eſt Reip. conſeruare Remp. incorruptam. *Trid. ſeſſ.* 6. *de Refor. c.* 1. *& ſeſſ.* 22. *Decr. de obſer. in celebr. Miſſ. & c.* 1. *de Refor. et ſeſſ.* 24. *c.* 8. *& diſt.* 84. *c.* 1. 2. *&* 2. *q.* 7. *c.* 55. *& Hilar. Pap.* 25. *q.* 1. *c.* 4. *et c.* Cum ad *Monaſterium De ſtatu mon. Leo* I. *ep.* 86. *c. vlt.*

t S. Tho. l. 1. de reg. Princ. c. 15. Ambr. 1. off. c. 42.

1234 *t* Iniuriam facere bono cõmuni Principem illum, cuius culpa ſunt bella. Muneris enim ipſius eſt pacem tueri. 23. *q.* 1. 2. 3.

u S. Ign. p. 4. c. 10. §. 5.

1235 *u* Deberi à Principibus Reip. defenſionem. Sunt enim cuſto-

cuſtodes boni cõmunis. 23. q. 8. & *Extr. Vices illius l.1. De tregua, & pace.*

1236 x Iniuriam facere bono cõmuni Principum illum, cuius negligentia eſt defectus annonæ. Muneris enim ipſius eſt prouidere ea, quæ pertinẽt ad annonã. *Ex Trid. ſeſs. 23. de Reform. c. 1.*

x *De modo annonæ procurãdæ vide S. Th. l. 2. de reg. Princip. c. 3.*

1237 y Deberi à Superioribus ſuis ſubditis defenſionẽ à noxijs. Capitis enim rationem habent reſpectu multitudinis. *S. Th. l. 1. de reg. Princ. c. 15. & l. 2. c. 11. 12.*

*Ariſt. 7. Politic. c 8.*

y *S. Ign. p. 4. c. 10. §. 5. & p. 10. §. 11.*

1238 z Debere Principem noxios plectere. Ne peccata tranſeant in exemplum; fiatque virtutis detrimentum. *Trid. ſeſs. 6. de Reform. c. 3. & ſeſs. 21. cc. 6 8. & ſeſs. 22. c. 10. & ſeſs. 23. c. 18. & ſeſs. 24. c. 8. & ſeſs. 25. de Refor. c. 14. & diſt. 81. 82. 83. 86. & d. 93. c. 21. & 23. q. 4. c. 28. 43. & c. Vt clericorum De vita, & hon. cler. & Clement. Vt clericorum De offic. Iud. ord.*

z *S. Ign. p. 4. c. 11. §. 3. S. Greg. 2. Paſtor. c. 6.*

1239 Prouidendum omnino eſſe, ne qui grauiora ſcelera patrant, pœnam vlla ratione ſubterfugere queant. Intereſt enim maximè bono communi ea prouidentia. *Trid. ſeſſ. 13. de Refor. cc. 4. 5. & ſeſs. 25. de Reform. c. 6. & 23. q. 4. c. 18. 19. & c. Irrefragabili*



Digitized by Google

*De offic.* I*udic ord.* & *Extr. Diuinis exemplis l.5. de pœnis.*

1240 Debere Principem præclarè geſta ex bonis cõmunibus compenſare. Huic enim compenſationi maximè debentur bona communia. *DD. Mor. vide Carthag.* IV. *c.42.43.*

1241 Curandum eſſe Principi ne ciues in ſumptibus nimij ſint. Multum enim Reip. intereſt habere diuites ciues. C*lement. Cum ſit nimis l.5.*

a *S.Th. l.1. de reg. Princ. c.15.*

1242 *a* Debere Principem præmijs ad bene agendum excitare. Præmijs enim, ac laudibus creſcit virtus, quod eſt maximum bonum ex bonis communibus. *Trid. ſeſs.5. de Refor. c.1. in fin.*

b *ff. de priui leg. Veteran.*

1243 *b* Habendam eſſe rationem bene de Republica meritorum. Vt etiam alij ad bene de Republica merendum excitẽtur. *Baſil. in reg. br. q.*170. *Carthag.* IV. *c.42.43.*

c S.I*gn. p.4. c.21.* §*.5. S.Th. de reg. Princ. lib.* 1. *c.1. Ariſt.* 3. *Politic.*

1244 *c* Caueto Princeps ne ad ſuum commodum bono vllo communi vtatur, niſi quatenus ſuum commodum ad commune commodũ referretur. Non enim habet priuatum ius in bonum commune, ſed ius Rectoris, ac diſpenſatoris. *Hieron. d.37. c.5.* & 1*.q.2.*

1. q. ex. 6. & 10. q. 1. c. 9. & q. 3. & 12. q. 2. c. Ratio nulla De præbendis, & dignitatibus, & Decc. l. 6. De cenſ. & exact.

1245 f Principi, Rectorique reſidendum eſſe in loco ſui regiminis. * Ne priuet præſentia, uſuque ſui neceſſario regimen ipſum, & populum: ad quā præſentiam, vſumque ius habet commune bonū. Trid. ſeſs. 6. de Refor. c. 1. & 2. & ſeſs. 7. c. 3. & ſeſs. 13. c. 1. & ſeſs. 23. c. 1. & ſeſs. 24. c. 12. Pius IV. in declarat. Sanctiſsimus in Chriſto, &c. & in Bull. In ſuprema, et in Bull. Cum tamen per ſacroſanctum. & d. 92. c. 7. & d. 100. c. 1 & 7. q. 1. c. 29. et c. Ex parte tua De off. Vicarij. & Decc. l. 3. tit. de clericis non reſid. & c. Licet canon De elect. l. 6. & ibid. De cleric. non reſident. Concil. Sardic. c. 14. 15.

f Bellarm. in vita c. 20. * Vid. Dam. Pap. ep. 4. & Conc. Later. ſub Leone X. ſeſs. 9. c. 6.

1246 g Reſidentiæ locum eſſe eū debere, qui ſit regimini commodus magis. Vt capitis in membra influxus ſit. Diſt. 80. & 7. q. 1. c. 44.

g S. Ign. p. 8. c. 1. §. 7.

1247 h In eā curam Princeps incumbito, vt ne cupidi, aut alio animi vitio laborantes, ad regimen veniāt. Is enim efficax modus eſt ad bonorum copiam comparandam ad regendū aptorum;

h Gregorius 1. Paſt. c. 10. Ambr. 1. off. c. 28.

& ad multis Reipublicæ malis occurrendum. *Trid. ſeſſ. 22. c. 2. de Refor. & ſeſſ. 24. c. 1. & ſeſſ. 25. de Reform. c. 7. diſt. 46. c. 9. & diſt. 47. per totum.*

1248 In eam curam Princeps incumbito, vt plenam ſubditorũ cognitionẽ habeat. Magni enim ad regimen intereſt. *S. Ign. p. 9. c. 3. §. 19.*

1249 Maiores Rectores non eſſe in exiguis populis cõſtituendos, ſed minores. Ita enim decet. *Diſt. 80. & 16. q. 1. c. 48. 49. 50. 51. & c. Epiſcopalia De priuileg. Concil. Sardic. c. 6.*

1250 Non debere Princeps iure ſuo cedere, ac poteſtate: ſi factum illud in boni communis detrimentum vergat. Nam Reip. ius læderent. *Cyprian. 7. q. 1. c. 8. & 16. q. 7. & 23. q. 8. c. 21. & c. Nouit ille De iudicijs. vide* VIII. *Synod. can. 14.*

*i S. Ign. p. 9. c. 3.*

1251 *i* Prouidendum omnino eſſe, vt ne vllus Rectoribus vexationis timor ſit, aut moleſtiæ; quin liberè ad inquirenda, & puniẽda delicta procedat. Eo enim timore reddi Rectores ſolent in inquirendo, ac puniendo ſegniores. Ob id cauſæ criminales grauiores contra Epiſcopos à ſolo



Digitized by Google

Summo Pontifice cognoſcũtur. *Trid. ſeſſ. 13. de Refor. cc. 6. 7. 8. & ſeſſ. 24. c. 5. & ſeſſ. 25. de Refor. c. 3. & 2. q. 7. & 7. q. 1. & 25. q. 2. c. 25. & c.* Irreſragabili *De officio* Iudic. *ordin. & c. vnico l. 6. de his, quæ vi, metuque, &c. & c. Statutum l. 6. de Hæret. & Clement. Si quis ſuadente l. 5. de pœnis.*

1252 k Prouidendum omnino eſſe, vt ſi quod Rectori impedimentum ad regendum irrepſerit, ſit alius, qui aut ſubrogetur, aut coadiuuet. Ne bonum commune detrimẽtum patiatur. *Baſil. in Aſcet. c. 45. Lateranen. ſub Innoc.* III. *c. 10.* k *S. Ign. p. 9. c. 4. §. 6. & c. 5. §. 6.*

1253 Prouidendum omnino eſſe à Rectoribus eccleſiaſticis, vt quæ ad Dei cultum, aut animarum ſalutem ſpectant, iuxta ſacrorum Canonũ ſtatuta, conſeruentur, ac vigeant. Munus enim hoc eſt ipſorũ proprium. *Trident. ſeſſ. 22. de Reform. cc. 8. 9. & ſeſſ. 24. c. 3.*

1254 *l* Prouidendum eſſe Epiſcopis, vt Eccleſiæ miniſtri, antequam ordinentur, ſacris Eccleſiæ Canonibus erudiantur. Eam enim eruditionem Eccleſiæ miniſtri tenere debent; vt ritè poſsint ſacris miniſterijs ſatisfacere. l *S. Ign. p. 4. c. 8.*

 cere.

cere. Ad certã autem, ac facilem eruditionẽ, oporteret hebdomadarias totius Cleri Academias, ſiue conuentus, inſtituere. Porrò ad eam doctrinam ſpectant Eccleſiæ Ritus, & Caſus, quos vocant, conſcientiæ. *Diſt. 38. Trid. ſeſſ. 23. De Reform. c. 18. & 10. q. 1. c. 12. & 12. q. 1. c. 1. & c. Cum ſit ars 14. de æta. qualitate, &c.*

*m Frideric. Imp. Authentica Caſſa C. de ſacroſan. Eccl. Leo, & Anthem. Impp. l. 15. C. eo. De clericis ad Iudices ſeculares nõ trahendis Conc. Altiſiod. can. 40.*

1255 *m* Caueto Princeps ſæcularis ne quid ex eccleſiaſtica iuriſdictione contra Eccleſię ſtatuta ſibi vſurpet. Magna enim eſt ea iniuſtitia, & valde turpis, & diuino cultui maximè noxia. *Trident. ſeſſ. 22. cc. 8. 9. & ſeſſ. 23. de Sacr. Ord. c. 4. & ſeſſ. 24. de Reform. c. 3. & ſeſſ. 25. de Refor. c. 3. & diſt. 63. & 11. q. 1. et 16. q. 1. c. 40. et q. 7. & 17. q. 4. et Decr. l. 3. tit. 38. de iure patronatus. & tit. 49. de immunit. Eccl. & c. Nouerit De ſent. excomm. & c. Grauem eo. tit. & l. 6. tit. de immun. Eccl. & PP. apud Bellarm. de Rom. Pontif. l. 1. c. 7.*

1256 Cauento quicunque, ne Principes eccleſiaſticos ab executione eorum, quæ ad diuinum cultum ſpectant, aut ad eccleſiaſticam iuriſdictionem, impediãt. Eſt enim illud ſcelus contra reuerentiam, ac bonum Eccleſiæ.

*Trident.*

Digitized by Google

*Trident. ſeſs. 24. de Refor. c. 3. 20. & ſeſs. 25. de Refor. c. 3. Greg. 23. q. 8. c. 21 & ſeqq.*

1257 *n* Reddi adminiſtrationis rationem à quibuſcũque miniſtris debere. Is enim ſtimulus efficax eſt ad iuſtè, diligenterque adminiſtrandum. *Trid. ſeſs. 22. de Refor. cc. 8. 9. 10. & ſeſs. 23. de Refor. c. 18. & ſeſs. 24. de Reform. c. 3. 16. 18. & Syn. ſub Zach. Pap. can. 2.*

*n S. Ign. p. 4. c. 2. §. 5. & c. 10. §. 3. & p. 9. c. 3. §. 4.*

1258 Delictum perſonæ non debere in detrimentum Reipub. redundare. *c. Delictum l. 6. de reg. iur. vid. Gloſs.*

1259 *o* Fidem publicam, etiã hoſtibus ſeruandam eſſe. Valet enim ad humani commercij conſeruationem fidelitas. *Trident. ſeſs. 15. & 18.*

*o Ambroſ. 1. off. c. 29.*

1260 Deberi bono communi à Principibus correctionem malorum. Ne mali noceant communi bono. 23. *q.* 4. 5. 8. *& c.* I*rrefragabili De offic.* I*ud. ord.*

1261 *p* Deberi à Principibus, præſertim eccleſiaſticis, patrocinium erga egẽtes, defenſionemq; poſtulantes. Sunt enim Patres. *Diſt. 87. Concil. Sardic. à cap. 8. & Matiſcon.* II. *c. 12. Tolet.* IV. *can. 31.*

*p Ambroſ. 2. offic. 15.*

1262 *q* Deberi à Principibus, præſertim eccleſiaſticis, curam pau-

*q S. Th. 2. de reg. Princip. c. 15.*

pauperum alẽdorum. Sunt enim ipſi r Paſtores populorum. *Trid. ſeſſ.23.de Refor.c.1.& diſt.42.gloſ. & d.82.c.1.& d.83.c.1.2.et d.86. c.5.& 10.q.2.c.7.& 12.q.1.c.23. & ſeq.& q.2.à c.13.& c.71.& 16. q.1.c.68.& Can.Apoſt.*40.58.

1263 s Deberi à Principibus, præſertim eccleſiaſticis, populo bonum operum exemplum. t Paſtores enim ſunt populorũ. *Trid.ſeſſ.23.de Refor.c.1.et ſeſſ.25. de Refor.c.1. Iſid.c.Iuſtum eſt d.9. & Conc.Laodic.d.24.c.4.& d.83. c.2.Greg.d.*100*.c.9.et 2.q.7.à c.28. & 8.q.1.c.21.22.24.et 11.q.2.c.3.*

1264 u Debere Principes eccleſiaſticos pro populo orare, ac ſacrificiũ offerre. Paſtores enim ſunt populorum. *Trid.ſeſſ.23.de Refor.c.1. Hier.d.36.c.3.*

1265 Debere Principes eccleſiaſticos populo prædicationem diuini Verbi. x Paſtores enim ſunt. *Trid.ſeſſ.23.de Refor.c.1.& ſeſſ.24.c.4.7. Hier.d.36.c.3. Greg. d.43.c.1.& ſeqq.Aug.8.q.1.c.8.& c.* Inter *cætera De offic.*Iudic.*ordin. Tolet.*XI*.can.2.Later.ſub* Inn.III. *c.10.*

1266 Debere Principes eccleſiaſticos populo Sacramẽtorum adminiſtrationẽ. y Paſtores enim

ſunt.

r Ioan.21. *Act.*20.

s *S.Baſil.in Aſcet.c.43.* S.*Greg.Paſt. p.1.c.2.& p.2.c.3.* S.I*gnat.p.*4. *c.10.§.4.& p.9.c,2.§.2. S.Bonau. de ſex alis Ser. c.6.* S.C*ar.Borr. in vita lib.8. c.9.*

t Ioan.21. *Act.*20. *Vid.Ambroſ.* 2.*off.*17.

u S.I*gn.p.*4. *c.10.§.5.* S.*Gregorius* 1.*Reg.l.5.c.3*

x Io.21. *Act.*20.

y Io.21. *Act.*20.

Digitized by Google

ſunt. *Trid.ſeſs.23.de Refor.c.1.& ſeſs.24.de Refor.c.7.*

1267 Debere quoſque, etiam Principes, ſuis Epiſcopis reuerẽtiam, & obedientiam. Ipſi enim Rectores, Paſtoreſque ſunt animarum. Innocent. III. *c.Solitæ De maior. & obed. Patres apud Bellar, de Sum.Pont. l.1.c.7.*

1268 z Plura ſimul eccleſiaſtica beneficia ne habeto: ſi periculum ſit detrimẽti bono communi. Reus enim efficieris eius dãni. *Trid.ſeſs.7.de Refor.cc.4.5.6. et ſeſs.24.c.13.17. et ſeſs.25.de Regular.c.7. Pius* IV *.in bull.Romanũ Pontificẽ,etc. & 7.q.1.& 21.q.1.2. & c.Dudum Eccleſia 54.de elect.& c.Eam te De æta.qual.& c. & Dece. l.3.t.5. de præbendis, & c.Peruenit De exceſs.Præl. & Extr.Execrabilis De præb. & dignit. & Extr. Vt quo l.1.de off.Iud.ord.*

z *Ariſt.4.Politic.c.15.& l.5.c.8.*

1269 a Cauendum ne plures vni Rectori regendi tradantur, quam vires ad rectè regendum, ac facultates ſuppetant. Huius enim cautionis omiſsio, multas Reſpub. peſſumdedit. Nam agẽtia finita limitatam ad agendum virtutem habent. T*rid.ſeſs.25.de Regular. c.7. & 7.q.1. & 16.q.1. c.53. & 21.q.1.2. & c.Ne nimia*

a *Ariſt.4.Politic.c.15.& l.7.c.4.*



Digitized by Google

*De religioſis dom. & Extr. Saluator l.3. de præb. & dign.*

1270 Curandum eſſe, vt quæ cuique à Principe bona ſunt ad poſsidendum tradita, ab alijs non vſurpentur. vt & pax ſit, & bona ipſa melius conſeruētur. *13. q. 1. 2. & 16. q. 1. c. 47. 58. 59. & q. 2. c. 1. & ſeq. & q. 5. & q. 3. 6. 7. et 23. q. 8. à c. 21. & Decc. tit. 29. de Parochijs. & c Nimis De exceſs. Præl. et c. Præſentis l. 6. de offic ordinarij, & Clem. vnica De ſequeſtrat. & l. 3. tit. 8. de decimis. & tit. 17. de immun. Eccleſ. & l. 5. tit. 8. c. 3. de pœnis. et Extrau. Ad Apoſtolatus* De *conceſs. præb. & Extr. Suſcepti l. 3. Ne Sed. vac.*

b S. Ign p. 9. c. 3. §. 5. 18. & c. 4. §. 7.

1271 *b* Cauendum valdè eſſe ne quod Reſpublica detrimentū ex bonorū alienatione patiatur. Ideo Eccleſia prohibet, eccleſiaſtica bona alienari, & beneficia vnius Diœceſis cū alterius Diœceſis beneficijs perpetuò vniri. *Trid. ſeſs. 14. de Refor. cc. 9. 12. 13. & ſeſs. 24. c. 13. & ſeſs. 25. de Refor. c. 9. 11. 12. 13. 16. Pius IV. in bull. Romanum Pontif. Pelag. d. 28. c. 13. et diſt. 54. c. 22. et d. 89. c. 5. et d. 96. c. 1. & 10. q. 2. & 12. q. 1. c. 16. & ſeqq. & q. 2. 3. 4. 5. & 16. q. 1. c. 42. 43. 44. 61. & q. 6. c. 3. & q. 7. & 17. q. 4. & Can. Apoſt. 37. & Decc. l. 3. tit.*

*tit.*10.13.14.18.19.20.21.*et ſeqq.* & *l.6. de rebus Eccleſ.non alien.* & *Clement.l.3.eo.tit.*

1272 Æquum non eſſe vt publicis Reip.redditibus fruãtur ij, qui extra Remp. ſunt, aut Reip. vtiles non ſunt. Eſſet enim cõtra bonum cõmune: quatenus Reip. bona non referrentur in cõmune bonum. *Trid.ſeſſ.*21.*c.*3 *de Refor. et ſeſſ.*23.*c.*18.*§.Deinde. et ſeſſ.*24.*c.*12.& *ſeſſ.*25.*c.*1.*de Refor.et c.*16. *Pius* IV. *in bull.Romanum Pontif. Pelag.d.*28.*c.*13. & *d.*86.*c.*16. & *d.*89.*c.*5.6. *Greg.* VII. 1.*q.*3.*c.*13. & 10.*q.*1.*c.*13 & *ſeqq.* & 12.*q.*2. *per totum.* & 16.*q.*1.*c.*68. *et q.*7.& *Can.Apoſt.*37. & *c.In Eccleſia De inſtit.* & *c.Quamuis ſit De decimis.* & *c.Prohibemus eo.tit. et Extr.Ambitioſæ l.*3. *de reb.Eccl.non alien.*

1273 Æquum non eſſe, vt Reip.redditibus publicis fruãtur ij, qui Reip.miniſtri, membrave, futuri non ſunt. Pateretur enim Reſpub.detrimentum: quatenus potuiſſet ſuis redditibus alere, eos, quibus deinde vti potuiſſet in commune bonum vt membris ſuis. *Trid.ſeſſ.*14.*de Refor.c.*10.& *ſeſſ.*24.*c.*12.*et ſeſſ.*25.*de Refor.c.*1. *Pius* IV. *in bull.Romanum Pontif. Pelag. d.*28.*c.*13. *Gregorius* VII.



Digitized by Google

1.q.3.c.13.&16.q.1.c.68.

1274 Iniquum eſſe bona Eccleſiæ, cenſuſque in vſus effundere aut turpes, aut inutiles, aut ſuperfluos. Sunt enim nõ ad eum vſum à Fidelibus data. *Hier.d.37.c.5.& d.86.c.7.8.9.*

c *Ariſt. 7. Politic. c. 10.*

1275 c Æquum eſſe, vt qui pro bono publico laborãt, Reip. bonis alantur. Nam ea ſpe & plures ad laborandum alliciuntur: & operarij, miniſtrique non diſtrahuntur ab opere publico cura ſibi victum quæritandi. *Trid. ſeſſ. 21. de Refor. cc. 3.4.& ſeſſ. 24. c. 3. 13.15.18. Alex.* II *d.32.c.6. Gelaſ. d.74.c.9. Bracbar.* II. *1.q.2.c.1.6. 9.10.& 10.q.1.& 12.q.1.c.22.& q.2.à c.26. et 16.q.1.à c.21. et c.45. 46.& c.55.& ſeq.& q.7.& Decc. l.3.tit.5.& 6.*

d *Baſilius in Aſcet. c. 35. Bellarm. de Rom. Pontif. l. 1. c. 3.*

1276 d Primam Principum curam eſſe debere, vt in Repub. ſufficiens numerus miniſtrorum; & certũ cuique miniſtro munus ſit. Contingent enim omiſſiones valdè noxiæ, ſi ſecus factũ fuerit. *Trid. ſeſſ. 21. de Refor. c. 4. et ſeſſ. 23. c. 18. et ſeſſ. 24. c. 13. 16. 18. et d. 92. & Decc. l. 3. tit. 5.& 6.*

1277 Eſſe publica bona, publico titulo, non iure conſanguinitatis hãbenda. Vt habeant vtiles

les Reipub. ac digni. *c. Vt nullus De præbendis.*

1278 Primam Principum curam eſſe debere, vt ſufficientia ſint ad victum cuique publico miniſtro. Nam ſi ſecus factum fuerit, vel non erit, qui velit miniſter eſſe; vel ſolũ inhabiles ad miniſtrandum ſeſe offerent; vel in miniſterijs omiſsiones contingent noxiæ ex miniſtrorum diſtractione in victu ſibi quęritando. *Trid. ſeſs. 21. de Refor. c. 5. & ſeſſ. 22. c. 3. et ſeſs. 23. c. 17. et ſeſs. 24. c. 13. 15 & ſeſs. 25. de Regular. c. 3. 5. & de Reform. c. 9. 11. 12. 13. & 12. q. 2. & 16. q. 1. c. 63. & Decc. tit. 31. c. 15. & l. 3. tit. 5. de præbendis.*

1279 e In eam curam cœnobitarum quiſque Rector incumbito, vt ſuis cœnobitis, quæ ad victum neceſſaria, ne deſint. Cuſtodia enim regularis obſeruantię, & vitę cœnobiticæ, & votorũ religioſorum, ea procuratio. *c. Non amplius De inſtitutionibus. & c. Cum ad monaſterium De ſtatu Monach. & c. Periculoſo l. 6. de ſtatu Regul. § Sane.*

e S. *Ign. p. 3. c. 2. §. 3. & par. 4. c. 10. §. 5. Bellar. vita c. 14.*

1280 Detrahendum eſſe ſtipendium ab ijs miniſtris, qui debita opera miniſterio non faciũt ſatis. Æquum enim eſt, vt qui nõ

labo-

laborat, non manducet. *Trid. ſeſſ. 22. de Reform. c. 3. & ſeſſ. 23. c. 1. §. Si quis, & §. Eadem. et c. 2. d. 92. c. 4. 5.*

1281 In eam curam Princeps incumbito, vt habendi cupiditas frænũ habeat. Innumerabilium enim malorum in Rebuſpub. cupiditas parens ſemper fuit. *Trid. ſeſſ. 21. de Refor. c. 9. et ſeſſ. 22. decr. de obſer. in ſacrif. Miſſ. & ſeſſ. 24. de Refor. c. 3. & ſeſſ. 25. de Regul. c. 2. Pius* IV. *in bull.* Romanum *Pontif. & diſt. 47. & 10. q. 2. c. 7. et 12. q. 1. per totum. et 16. per totum. et 21. q. 3. & c. Cum ex eo. De pœnit. & remiſſ.*

1282 f Debere quēlibet Principi, Rectorique ſuo reuerentiã. Eſt enim Princeps loco Dei, ac miniſter illius. *Trident. ſeſſ. 25. de Refor. c. 6. 17. Nicol. Pap. d. 21. c. 6. & d. 93. Fabian. Pap. 11. q. 1. c. 31. Can. Apoſt. 54. & c. Grauem De exceſſ. Præl. Quod liceat politicũ Magiſtratum exercere vide Bellarm. de laicis l. 3. c. 3. & ſeqq.*

1283 g Legitimos cenſus, ac vectigalia, oblationeſque ſoluẽdas Rectoribus eſſe. Bonis enim Reip. ali debent, qui Reip. bonum procurant. *Diſt. 32. can. 6. & 2. q. 7. & 16. q. 7.*

1284 h Debere quēlibet Principi,

f *S. Car. Bor. vita l. 8. c. 3.* S. I*gnat. p. 4. c. 10. §. 5. & p. 6. c. 1. §. 2.*

g *De cenſibus eccleſiaſticis nõ imponendis vid. Decc. l. 3. tit. 39. & l. 6. de cenſib. & exact. & Extr. Quod olim lib. 3. de immu. Eccl.*

h *S. Car. Bor. ſupra.* S. I*gnat. p. 3. c. 1. §. 23. & p. 4. c. 10. §. 5.*

Digitized by Google

cipi, Rectorique ſuo obedientiã. Nam reſpectu Principis habet ſe quilibet vt membrum quodlibet corporis reſpectu capitis. Natura autẽ inditum eſt cuique membro, vt pareat capiti. *Trid. ſeſſ. 14. de Refor. c. 11. & ſeſſ. 25. de delect. cib. in fi. Pius* IV. *in bull.* I*niunctum nobis, & diſt. 73. c. 3. 4. et d. 81. c. 15. & d. 93. & 2. q. 7. c. 8. & 11. q. 2. à c. 40. & q. 3. c. 39. & tit. 31. de ꝑ maior. & obed.*

1285. *i* Ne quiſquã à Recto- *i S. Ign. p. 3.*
ris ordinarij regimine eximitor: *c. 1. §. 11. &*
ſi periculum ſit inobſeruantiæ. *litt.* I. *& p. 3.*
Eiuſmodi enim exemptiones in *c. 1. §. 23.*
boni communis detrimentum cedere ſolẽt. *Trid. ſeſſ. 7. de Refor. c. 14. & ſeſſ. 14. cc. 4. 5. 8. 11. et ſeſſ. 24. de.* R*eform. c. 9. 11. & ſeſſ. 25. de* R*egular. c. 4. 9. 20. 21. & de Refor. c. 6. 9.*

1286 Non eſſe quicquã alicui concedendum contra immediati ſui Rectoris rationabile præceptum, ac voluntatem. Ne ſubreptioni, & fraudi, & inobediẽtiæ, & alijs malis aditus aperiatur. *Trid. ſeſſ. 14. de Refor. cc. 1. 11. & ſeſſ. 24. c. 10. & ſeſſ. 25. de Regular. c. 4. Pius* IV. *in declarat. Sanctiſſimus, &c. &* Decc. *l. 3. tit. 9.*

1287 Principi, Rectorique

amo-

amorem deberi. Hác enim compenſationem exigunt Principis, Rectoriſque beneficia. 3. q. 1. c. 5. & 7. q. 1. c. 11.

1288 Eſſe iuſta tributa Principis ſoluenda. Ipſi enim ſunt Domini: & præcipui Miniſtri sũt boni communis. 11. q. 1. c. 27. 28. & *Clement. l. 3. de cenſibus.*

1289 Amorem patriæ deberi. Eſt enim patria principiũ quoddam vitæ noſtræ. *Ius nat.*

1290 Ad dignitates aditum infamibus ne aperito. Non enim decet. c. *Infamibus l. 6. de reg. iur.*

1291 Non debere Rectorem vllum vllius muneris curam ſuſcipere, cui ſe imparem agnoſcit, ineptumque. Ne reus ſit damni communis, ſi impar ſit oneri, ineptuſque. *Ius nat.*

k *S. Th. l. 1. de reg. Princ. c. 15.*

1292 k Prouidendum eſſe, vt miniſtri ſint, qui miniſtrorum vicem ſubeant in muneribus publicis, cum ordinarijs miniſtris impedimenta contingũt. Ne bonum commune detrimẽtum patiatur. 7. q. 1. à c. 13. & *Decc. tit. 31. c. 15. & l. 6. tit. de ſuppl. neglig. et tit. de cler. ægrot. & Clement. l. 1. tit. 5.*

1293 Reum eſſe communis damni Principem illum, qui relicto digno, munus publicũ committit

mittit indigno; aut multò minus digno, relicto digniore. Sua enim culpa communi bono damnũ fit. *Trid.ſeſs.7.de Refor.c.3.& ſeſs.24. c.1.12.18.*

1294 *l* Miniſtros malos, & illegitimos, vel inhabiles, deponendos eſſe. Cauendum enim ne Reſpub. detrimentum patiatur. *Trident.ſeſs.21.de Reform.c.6. & ſeſs.22.c.10. & ſeſs.23.c.2.& diſt. 32.can.5.6.11.et d.34.c.1.diſt.46. & 47. & 1.q.1. & ſeqq. & 7.q.1. à c.13.et 17.q.4.c.31.et c.Quamuis multa 15. de ata.et qual. etc.*

l *S.Thom.de regim.Princ. l.1.c.6. S.Ign.par.2. per totum.& p.4.c.10.§.5. & p. 9. c.4. §.7.*

1295 *m* Non eſſe, niſi ob magnã Eccleſiæ neceſsitatem, duas ſimul Eccleſias ab Epiſcopo habendas. Eſt enim hoc ſpirituale quoddam genus poligamiæ; ac noxium communi bono. *Trident. ſeſs.7.de Refor.c.2. et ſeſs.24.c.17. & 7.q.1.*

m *Bellar. in vita c.20.*

1296 *n* Non debere Epiſcopum ex vna in aliam Eccleſiam tranſire; niſi ob neceſsitatem, vel maiorem vtilitatem Eccleſiæ. Eſt enim ſpiritualis matrimonij vinculum, aliqua ex parte maius vinculo matrimonij corporalis. *Ex 7.q.1. & de conſecr.d.4.c.107. & Can.Apoſt.13.& de poſtul.Prael. c.6. & tit.de tranſlatione Epiſc. per totum.*

n *Bellar. ſupra.*

Digitized by Google

*totum.* et c. *Non liceat De cler. non reſid. Leo* I. *ep.* 85 *ad Septim. Epiſc. Euariſt. ep.* 2 *ad Epiſc. Aegypt.*

*o Bellarm. ſupra.*

1297 *o* Non eſſe ob temporalium cupiditatem, Eccleſiarum curam aut deponendam, aut non admittendam. Cederet enim in iniuriam Eccleſiæ. 7. *q.* 1.

1298 Officia iuſtitiæ ne venduntor. Cupiditas enim redimēdi pretij, atque lucrādi, vim magnam habet ad diuertendum animum à rectitudine. *Bellarm. vita c.* 20.

1299 Eſſe ad Epiſcoporum curam, ac iuriſdictionē inducenda, quæcūque intereſt Epiſcopis ſubijci, ne grex ipſis commiſſus detrimētum patiatur. Vt animarum ſaluti, & ordini, qui eſt in eccleſiaſtica Hierarchia, conſulatur. *Trident. ſeſſ.* 25. *de Regular. c.* 11. 12. 13. *et alibi. et* 10. *q.* 1. *et* 16. *q.* 1. *et q.* 2. *c.* 7. *et q.* 7. *et* 18. *q.* 1. 2. *&* 26. *q.* 6. *et Can. Apoſt.* 37. 38. 40. *& c. In Later. Concil. de præbendis. & Decr. l.* 3. *tit.* 36. *de religioſis dom. & tit.* 38. *de iurepatronatus. et c. Accedentibus De exceſs. Præl. et l.* 6. *tit. de Cappellis monach. et de iurepatr. & Clem. Attendentes De ſtatu mon. & l.* 3. *tit.* 11. *de relig. dom.*

1300 Ne ſine pœna eſſe ſinito con-

contumaces, & inobedientes. Ne eorũ exemplo cæteri diſcant contumaces, & inobediẽtes eſſe. *Trid. ſeſſ. 25. de Refor. c. 3. et c. Ea quæ De ſtatu monach.*

1301 Eſſe à quoque obſeruãtiam exhibēdam maioribus ſuis. Eam enim decentiæ ius exigit. *Diſt. 93. c. 14. 15. 17. 19. 20. 24. 25. 26. et d. 94. c. 3. et d. 95. c. 11. 12. &* 2. *q.* 7.

1302 Deberi ab omnibus, etiã à Principibus ſecularibus, Eccleſiæ Principibus, ac Sacerdotibus, reuerentiam, & in iis, quæ ad ipſorum ius pertinent, obedientiam. Ipſi enim ſunt Paſtores, & Patres reſpectu cæterorum. *Diſt. 96. à c. 11. et 2. q. 7. Patres apud Bellar. de Rom. Pontif. l. 1. c. 7.*

1303 Deberi Superioribus, præſertim eccleſiaſticis, eam reuerentiam, vt à plebe non arguantur, aut accuſentur: niſi infames ſint. 2. *q.* 7. *et* 6. *q.* 1.

1304 *p* Deberi à quolibet Reip. ac bono communi eum amorem, ac operam; vt ad Superiorē referat, ſi quid contra commune bonum à quolibet, etiam à Rectoribus, ſiue exemplo, ſiue opere, fiat. Ne, ſi remedium non adhibeatur ab eo, qui poteſt; detri-

p *S. Ign. p. 4. c. 17. §. 7. & litt. L. et p. 8. c. 1. littera D: §. Quamuis. et c. 6. §. 2. S. Baſilius in Aſcet. c. 46.*

tri-

Digitized by Google

trimenta commune bonum patiatur. 2. q. 7. c. 46. 47. 48. 55. 57. & 5. q. 5. et c. *Ea quæ De ſtatu mon.* & c. *Quia plerique De offic. ord. l. 6.* et *Extr. Vt Prælatorum l. 1. de maior. et obed.*

q S. Ign. p. 9. c. 4. ſ. 5. & c. 5. ſ. 6.

1305 q Rectorem vtilem non eſſe à regimine remouẽdum, neque ipſo petente: niſi certa ſit ſpes maioris boni. Ne Reſpub. detrimẽtum patiatur. 7. q. 1. c. 45. *vide tit. de renunciatione. Leo I. ep. 92. in princ.*

1306 Non licere Rectori regimen deſerere, ſi ex eius fuga periculum ſit communi bono. Spectat enim maximè ad ipſum commune bonum tueri. 7. q. 1. c. 46. 47.

1307 Bona ſubditorũ opera, ſua Princeps auctoritate, opeque iuuato: præſertim, ſi eius auctoritas, aut auxiliũ petatur. Debet enim hoc genus officij bono cõmuni. à quo ſi Princeps abſtinet, detrimentum ſequi neceſſe eſt. *Ius nát.*

1308 Curato Princeps ne in deliciarum vſu ciues ſint nimij. Eneruant enim animos deliciæ. *S. Th. l. 1. de reg. Princ. c. 4.*

1309 Curato Princeps vt in ſuis ciuibus numiſma ſit propriũ.

Plu-

Digitized by Google

Plurima enim numiſmatis proprij commoda ſunt. *Vid. S. Thom. 2. de regim. Princ. c. 13.*

1310 Menſuras eſſe à Principe, ponderaque tradenda. Vt iuſtitia in commutationibus ſit. *S. Th. 2. de reg. Princ. c. 14.*

1311 Eſſe alienis commodis incumbẽdum. Ea enim eſt exercitatio amoris, et cura in bonum commune. *Ambr. 3. offic. c. 3.*

1312 Caueto ne tua lucra alienis incommodis captes. Eſt id & iniuſtum, & contra politicam caritatem. *Ambr. 3. offic. c. 4.*

1313 r Magnã eſſe in Rectore animarum debere prudentiam, ac dexteritatem. Plurimi enim ſunt animorum morbi, & ſæpè latentes, quique interdum ipſis remedijs fiunt deteriores. *Vide Ber. ſer. 2. in Reſurr. ad Abbates.*

r *Claud. Aq. in l. Induſtr. per totum.*

1314 Benè à ſubditis geſta Princeps ipſe probato, ac laudato: cum opportuna laus eſt. Nam virtus laudata creſcit; multò magis, ſi laudet Princeps ipſe. *Ambr. 1. offic. c. 47.*

1315 s Vnus Rector, vnum ſummum regimen eſto, quãtum fieri poteſt. Nam vnus eſt Deus, vna Fides, vna Eccleſia. Ita paci conſulitur, & bono communi.

s *Ariſt. in Polit. per totum. vid. l. 8. c. 10.*

*Baſil.*

Baſil. in Aſcet. c. 35. Conc. Cabilonẽ. can. 4. c. Quoniam. De off. Iud. ord.

t Ariſt. 3. Politic.

1316 t Ad bonum commune, quicquid agunt, tum Princeps, tum multitudo, diriguntо. Nam is politicè agendi modus nobiliſsimus eſt, & in primis efficax ad Remp. conſeruandam. *Baſil. in Aſcet. c. 42.*

u Ariſt. 2. Polit. c. 1.

1317 u Ne miniſtrum à munere remoueto: cui miniſterij peritiam, & legum, ac præceptorum exactam diligentiã ſeruarit. Superfluum enim, remoto illo, alium ſubſtituere; & moleſtum, ac difficile. *Baſil. in reg. br. q. 156.*

x Ariſt. 1. Politic. 8.

1318 x Caueto ne non ſatis prudẽtia, & virtutibus inſtructus ad regimen venias. Eris enim communi bono noxius maximè. Sapientia autẽ requiritur in Rectore tum de agendis, tum de agendorum modo. *Bonau. de ſex alis Seraph. c. 1. 2. 7.*

1319 Verum, ſyncerumque communis boni zelum eſſe Rectori debere. Excitabit enim is zelus ad vigilantiam, ad executionem; ad vrgendum ea, quæ oportet; ad negligendum, quæ negligi debẽt. *Vid. Bonau. ſup. c. 3.*

1320 Eſto Principis cura diligens, ne nimium grauẽtur ſubditi,

diti, aut vexentur. Nam pater eſſe debet, non herus. Curãdum igitur, ne merces eorum operi debita differatur; ne emere, vendereve cogantur inuiti; ne in Principis commodũ à miniſtris vexentur. *DD.*

1321 Illam multitudinem eſſe regimini aptiſsimam; in qua ſecundum vitæ commoda omnes ſunt pares. Nam & exceſſus, & defectus commodorũ, difficiles reddit homines ad parendum: ea felix æqualitas in Regularium Cœnobijs cernitur, ſapiẽter inſtitutis. *Ariſt. 4. Polit. c.* 11.

1322 Inæqualitatem ciuium, quam in Republicà eſſe contigerit, legibus eſſe temperandam. Legibus enim cõgruentibus prouidendum eſt, ne potẽtiores opprimant cæteros, ac non pareãt; neve deteriores, ac tenuiores ſint Reip. ſiue ob impotentiam, ſiue ob puſillanimitatem, inutiles. *Ariſt. 4. Polit. c.* 13. *et l.* 5. *c.* 2.

1323 In eam curam diligentiſsimè à Principibus incumbendum, vt quantum fieri poteſt, nullus in Republica ſit, qui cupiditatis vitio laboret, aut ſe vllo ſigno cupidum oſtẽdat. Maximè autem legibus id cauendum videtur.

detur. Nam radix odiorum, ac diſſentionum cupiditas eſt. Pernicies autem Rerumpub. ſunt diſſentiones,& odia. *Vide Ariſt. 5. Polit. c. 2. 3.*

*y Ex Ariſt. in Polit. per totum.*

1324 *y* Videri eam eſſe curam debere cuiuſque Reipublicæ, cuiuſque Principis, vt optimæ formæ imitationem exprimat regimen, quantum fieri poteſt. Optima autem regiminis forma videtur ea eſſe. Vt ſecundum voluntatem, ac iudicium maxima ſit in Rectore vnitas; ſummum in Remp. imperium; prudentia præſtātiſsima: vt conſiliarios habeat ſapientia, & voluntate in bonum publicum excellentes: *z* vt ſit circa Rectorē prouidentia, vt non contingat cōtra bonum commune peccare in imperando. Ea regiminis forma cernitur in Chriſti Eccleſia, in qua vnum eſt ſummum imperium penes Ieſu Chriſti Vicarium, ſucceſſorem Petri: vbi tāta eſt Patrum legitimè ad decernendum congregatorum ſapientia diuinitus accepta, vt errare non poſsit. vbi hierarchicis legibus à Chriſto cōditis,& Spiritus ſancti afflatu ita Summus Pontifex regitur, vt eius ſpirituale imperium

*z Vide Ariſt. 6. Polit. c. 4.*

rium nunquam poſsit nõ rectum eſſe. *PP.*

1325 In eam curam incumbendum, vt (quantum fas fuerit) neque augeatur quiſquam ſupra modũ; neque vt ſtatim, prȩſertim parui, magnis honoribus ornentur. Eſt enim id & inuidiæ, & ruinæ obnoxiũ. *Ariſt. 5. Polit. c. 8.*

1326 Ne expoliato, ne deprimito, ne vexato ſubditos, vt regnes. Animi enim parui, & cupidi, & praui ea regnandi ars eſt. & non Regis, ſed Tyranni, ſuum non commune commodum intendentis. & imprudentis, neſcientiſque artes honeſtas inuenire ad poteſtatem conſeruandam, & retinendam. *Ius nat.*

1327 Putato veram, chriſtianamque in ciuibus religionem ad Reip. conſeruationem poſſe maximè. Frænat enim illa cupiditatem, à qua Rerumpub. corruptio deriuatur. Et eſt animorum vnionis parens. *Exper.*

1328 Putáto Principes impij quicquid contra verã Religionẽ, & ius illius moliuntur, in imperij ſui ruinam aliquando caſurum. Stabit enim ſemper Religionis veræ poteſtas, & ius; Deo tãtam iniuriam vlciſcente. *Dauid Pſ. 2.*

R 1329

Digitized by Google

a *Artes politicas docet Ariſtot. in Polit. per totū, præſertim à l. 5. c. 8.*

1329 *a* Ne putato te egregiè Remp. adminiſtraturum, ſi politicam tantum prudentiam, & artes humanæ mentis adhibeas: niſi etiam eam ſapiētiam adhibueris, quàm ſacra, diuinaque doctrina docet. Nam regimen expers cæleſtis ſapientiæ, chriſtianæque pietatis, vanum. Fons autem eius ſapientiæ familiaritas, & vnio cū Deo, & intentio ſyncera diuinæ gloriæ, diuinique ſeruitij. *Exper.*

b *Ariſt. 5. Polit. c. 9.*

1330 *b* Magiſtratus, Rectoreſque eligito intelligentes Reipublicæ, amâteſque. Nam ſi eius, quam gubernat, Reipublicæ rationem Rector ignoret; aut ſi non amet; præter alia incommoda, continget mutatio morum, ac ſtatus. *Ex exper.*

1331 Curandum ſemper eſſe, vt potentior ſit ea pars, quæ Remp. ſaluam eſſe velit, quàm ea, quæ nolit. Nam ex alterutrius potentia erit Reip. vel ruina, vel ſalus. *Ariſt. 5. Polit. c. 9.*

1332 Eſto Principum ſtudiū, vt ciues à pueritia ad Reip. diſciplinam erudiantur. Ita enim erunt plurimi Reip. intelligētes, & amantes, aptiſsimi, qui ad regimen eligantur. *Ariſt. 5. Polit. cap. 9.*

1333

Digitized by Google

1333 c Cauento Principes à ſimulatione virtutis. Nam dum virtutem ſimulant, vt à ſubditis amentur, ac regnent: in inimicitiam incidunt Dei, qui odit hypocritas. Enimuero ſi verum ius habent in alios, tutius illud retinebunt amico Deo; à quo eſt omnis poteſtas. *S. Th.* 2. 2. *q.* 111.

*c Virtutis ſimulationē lege apud Ariſtot. 5. Politic. c. 11. vt caueas.*

1334 Incumbendū eſſe Principi in eam curam, vt iudicium in Reip. ſit, quale eſſe debet. Vt iniuſtitia cohibeatur. Vt ciuicæ paci conſulatur. *Ariſt.* 7 *Polit. c.* 8.

1335 Incumbendū eſſe Principi in eam curam, vt in Rep. ſint artes. Multis enim inſtrumentis indiget vita. *Ariſt.* 7. *Polit. c.* 8.

1336 Incumbendū eſſe Principi in eam curam, vt à pueritia inſtituantur ciues ijs diſciplinis, quæ valent ad Remp. defendendam. Vt bonum commune ſeruat. *Ariſt.* 7. *Polit.* 14.

1337 Maximam eſſe Principi curā debere, vt à pueritia ciues ad rectas ſecundū virtutes actiones inſtituantur. Nam præcipuus ciuitatis, ideſt, vitæ communis, finis, eſt actio recta. *Ariſt.* 7. *Polit. c.* 14. 15.

1338 In eam maximè curam Principibus incumbendum, vt



Digitized by Google

ſelectus ſit eorum, quibus puerorum cura committatur. Non enim cuicunque committẽdum eſt negotium, quod magni Reip. intereſt. Nam tales erunt viri, quales eſſe aſſueuerint à pueritia. *Ariſt.7.Polit.c.17.*

d *De ratione pueros inſtituendi vide noſtr.inſtr.4. & 5.*

1339 d Cura maxima Principum eſto, vt hi, quibus puerorũ cura publicè commiſſa eſt, contendant integris mentibus ſynceram veræ politicæ rationem inſtillare. Prouidendum autem eſt, vt pueri nihil audiant, nihil videant, quod turpe ſit; & vt egregiè honeſtis aſſueſcant. *Ariſt.ſup. & lib.8.c.1.& Eth.10.c.9. Concil. Later.ſub Leo. X.*

1340 Picturæ obſcœnæ, turpiaque ſpectacula prohibentor. Deturpant enim & mentem, & actiones. *Ariſt.ſup. Conc.Arelat.*I. *c.5.et* II.*c.20.Carthag.*III.*cap.*11. VI.*Syn. can.*51.100.

1341 Curanto Principes vt liberalibus diſciplinis inſtituantur, quãtum ſatis fuerit, etiam ij, qui gymnaſticè ſunt exercendi, ad Remp. armis defendendam, cum opus fuerit. Decet enim id fieri, & vt quiſque è ciuibus diſcat id, quod eſt homini magis proprium; & ne otio torpeſcat, cum

Digitized by Google

cum bellũ nõ eſt. *Ariſt.* 8, *Polit.c.* 4.

1342 Curato Princeps, vt quę muſica ad mentis quietem interdum adhibetur, vt ludi; eã habeat harmoniam, quæ apta ſit animos ad virtutẽ concitare. Peſtis enim animorum eſt muſica, quę ad turpia concitat. *Ariſt.* 8. *Polit.c.* 5. 6. 7.

1343 e Videri Chriſtiani populi virtutem, bonoſque mores, pẽdere maximè à Clero, ac ludimagiſtris. Quales enim doctores, tales diſcipuli eſſe ſolẽt. Incumbendum ergo ſemper in eam curam, vt ludimagiſtri, Clerusque totus, ſint quales eſſe decet; & doctrina inſtructi, & bonis moribus. Nam vanus eſt omnis in Chriſtiano populo colendo labor; ſi eius cultus miniſtri culti non ſint. *Ex* I*ur. can. per totum.*

e *Ex Ariſt.* 10. *Eth.* 9. & 7. *Politic.* 17. & *l.* 8. *c.* 1.

1344 Videri curam regiminis in vniuerſum debere triplicem eſſe, Corporis, morum, mentis. Cum enim corpus ſit ad opera mentis neceſſarium; habenda eſt cura corporis, quantum opus fuerit ad miniſtrãdum operibus mentis. Cum rurſum magni referat ad opera mentis, vt ſenſus, & affectus pareant rationi: cura morum eſt habenda, vt generentur habitus, qui ad actiones in-

clinent conformes rectæ rationi. Cum denique ſumma hominis perfectio ſit in opere mentis: impendenda potiſsima cura eſt ad diſponendam mentem ad opus illud. Eſt autem præcipuum mentis opus contemplatio diuinorũ. *Ariſt.7.Polit.c.15.16.17.*

*a Vide alia præcepta in Par. 1. à pr. 2039.*

## Sectio III. a De Iuſtitia œconomica, & pietate in parentes.

1345 Eſſe patribusfamilias debere curã domus. Capitis enim rationem habet quiſque paterfamilias reſpectu ſuæ domus. *Ariſt. 1. Polit. c. 3.*

1346 Patrumfamilias curam eſſe, purgatam à vitijs ſeruare familiam totam. Ab ipſo enim pendet familiæ bonum. *Hier. d. 47. poſt can. 8.*

1347 Debere à patrefamilias peccantes plecti tum filios, tum famulos. b Penes ipſum enim eſt regimen tum filiorum, tum famulorum. *Ex Decc. l. 5. tit. 23. de delictis puerorum.*

*b Ariſt. 1. Polit. c 3.*

1348 c Expelluntor è domo famuli, qui nec verbis, nec verberibus corriguntur. Ne famulorum

*c Ariſt. 7. Polit. 17.*

Digitized by Google

lorum vitia in reliquam domũ irrepant. *Ariſt. 7. Polit. c. 17.*

1349 *d* Eſto patrisfamilias cura prima vt Dei cognitio, religioque vigeat & in ſuis filijs, & in tota familia. Ea enim ſunt præcipua familiæ bona. *Aug. tr. 51. in Io. Concil. Gangr. c. 15. d. 30. Si quis reliquerit.*

d *Vide præxes in noſtra inſtruct. 9. et Act. S. Carol. Borr.*

1350 *e* Sunto à patrefamilias leges morum: quas ſeruare quilibet è familia teneatur. Vt enim mentis in omnes potentias; ita patrisfamilias regimen eſt in omnes domeſticos. *Aug. tr. 51. in Io.*

e *Carol. vitæ l. 8. c. 13. Vid. eandem noſtr. inſt. 9.*

1351 *f* Parentum curã eſſe, filios alere. Id enim eſt lege naturali, etiam in brutis ipſis ſancitum. *Diſt. 30. can. 14. & c. Si à patre De infan. & lang. expoſitis.*

f *Vid. Ariſt. 7. Polit. c. 16.*

1352 Parentum eſſe, Domus commoda procurare. Pars enim domeſticæ curæ ſunt commoda domus. *Ariſt. 8. Eth. c. 11.*

1353 Niſi cauſa ſit legitima, coniux coniugi corporis debitũ ne denegato. Habet enim ex cõtractu matrimonij vterque coniugum ius in corpus alterius. Sunt autem multæ ad negãdum debitum legitimæ cauſæ, quæ in vtroque Iure numerantur. *ff. de ſolu. l. quod diximus. Greg. diſt. 5.*

*can.4. & diſt.30.c.2.3. & 33.q.5. & c.* I*nquiſitioni De ſent.excom.*

1354 Cauſa legitima ſi non ſit, & iudicium Eccleſiæ, non licere vxorem dimittere. Cohabitationem enim coniugum exigit finis, contractuſque matrimonij. *Diſt.30.& cauſa 27.q.2.et 32. q.5.& 33.q.2.*

1355 Ab vtroque deberi alteri coniugum amorem. Mutua enim corporum traditio, mutuũ amorem poſtulat, & rerum omnium eadem in familia communio. *Ariſt.8.Eth.c.*11.

1356 Niſi cauſa legitima ſit, ab vxore coniux diutius ne abeſto. Vtriuſque enim coniugis præſentia coniugali bono, familiæque multum intereſt. *33.q.5.*

1357 Ab vxore marito reuerentiam exhibendam eſſe vt capiti. Vir enim vxoris caput eſt. *33.q.5.c.12.& ſeqq.*

1358 A marito vxori reuerentiam exhibendam eſſe vt cõiugi, ac ſociæ. Non enim agendum eſt cum vxore, vt cum famula. I*us decen.*

1359 Cauſa legitima ſi non ſit, ne vir impedimentum ponito vxoris operibus bonis ſpectãtibus ad religionem, ac ſalutem.

Non

Digitized by Google

Non enim habet ius ad hoc impedimentum ponendum. *DD. Moral.*

1360 Cauſa legitima ſi non ſit, ne parentes impedimentum ponũto filijs inſtitutum vitæ religioſæ aggredi cupientibus. Non enim habẽt ius ad hoc impedimentum ponendum: quatenus potior eſt ſalus animæ, diuinumque ſeruitium, quàm parentes. *Ex iur. nat.*

1361 Obedientes filios exhibere ſe in parentes debere. Ius enim habent parentes in filios, vt totum in partes ſuas. *Diſt. 3. can. 1.*

1362 Eſſe à filijs reuerẽtiam parentibus exhibendam. Sunt enim parentes filijs maiores, potioreſque. *Ius nat.*

1363 A filijs parentibus amorem deberi. Nam vt ſint, ac viuant, habent à ſuis parentibus. *Ius nat.*

1364 Eſſe à filijs parentum neceſsitatibus prouidendum. Debet enim pars ad totius conſeruationem tendere, cum opus eſt. *Ius nat.*

1365 g Eſſe maritis ab vxoribus obedientiam exhibendam in ijs, quę ad pietatem, & ad do- *g Ariſt. 1. Polit. c. 8.*

R 5 mus

mus regimen ſpectat. Vir enim caput vxoris eſt. 33.q.5.c.12. & *ſeqq.*

1366 A parentibus filios ad vitæ ſtatum mutandum cogendos non eſſe. Nam non eo vſque extenditur ius parentum in filios. 32.q.2.c.16. *Trident. ſeſſ. 25. de Regular. c.* 18.

1367 Niſi crimen læſæ Maieſtatis, aut hæreſis ſit, caueto ne parentes in forum voces accuſatione criminali. Nam hoc genus reuerentiæ exigit pietas in parentes. *Toler. in Inſtr. Sacerd.* l. 5. c. 1.

1368 Cauſa legitima ſi non ſit, nutrito lacte mater ipſa filios, quos gignit. Pietatis enim is actus eſt; & continentiæ comes. *Greg. diſt. 5. can. 4.*

1369 Non licere viro auctoritate propria coniugem adulteram interficere. Coniux enim in alterius coniugis vitam non habet ius. 33.q.2.

1370 Non licere parentibus filios interficere. Impium enim eſt. & non habent parentes ius in vitam filiorum. *Decc. l. 5. tit. 10. de his, qui filios occid.*

1371 Eſſe à ſeruis ſuis dominis obedientiam exhibendam.

Nam

Digitized by Google

Nam ſerui inſtrumenta quædam ſunt dominorum ad familiæ regimen. *Ariſt. 1. Polit. c. 3.*

1372 Prouidendum eſſe ijs, ad quos cura pertinet puerorũ, vt pueri neque videant, neque audiant quicquã turpe. Ne cum adoleuerint, turpis actio ſequatur. *Ariſt. 7. Polit. c. 17.*

1373 Prouidendum eſſe ijs, ad quos cura pertinet puerorum, vt pueri, quantum fieri poſsit, honeſtis videndis, & audiendis aſſueſcant. Agent enim honeſta. *Ariſt. ſupra. Concil. Later. ſub Leone X.*

1374 Rogato paterfamilias ex eccleſiaſtico Rectore inſtituendæ familiæ modum de credendis, & agendis ad vitam æternam. Is enim modus ex eccleſiaſticis Rectoribus diſcẽdus eſt. *Supra ex deff. de eccleſiaſtica Hierarch.*

1375 Doceto Rector eccleſiaſticus quemque patremſamilias modum regendæ ſecundum veram Religionem domus pro vita æterna conſequenda. Nam ad munus eccleſiaſtici Rectoris hoc pertinet. *Supra ex deff. de eccl. Hier.*



Digitized by Google

## *Sectio IV.* a *De Iuſtitia Commutatiua.*

### *Siue De Contractibus, & Maleficijs.*

a *Alia cõmutatiua Iuſtitiæ præcepta vide Par.* 1. *d.*11.*à n.*20. *& à n.* 137. *et à pr.*1786. *et à pr.*1816. *ad pr.* 1914. *quæ nolumus hoc in loco repetere.*

1376 DEbere in contractibus ineundis ſeruari leges, quas ipſa natura præſcribit. Non debet enim ius naturale violari. *ff. de reg.iur. l.*8. *& l.*149.

1377 Seruandas eſſe in contractibus ineũdis leges, quas ius humanum præſcribit. Habent enim Principes legitimi poteſtatem ad eas leges condendas. *Ius vtrunque.*

1378 Contractus ex conuentione legem accipere. *c.Contractus l.*6.*de reg.iur.*

1379 Debere in contractu matrimonij ſeruari leges, quas Eccleſia præſcribit. Eſt enim Eccleſiæ ius in matrimonium, quatenus Sacramentum eſt, & attinet ad Religionem. *Trident. ſeſs.*24.*de Sacram.Matr.c.*12.*vide ſup.def.*379.394.

b *Vide inhabiles in Iure tum canonico, tũ ciuili.*

1380 b Contractũ ne ineunto, quos ius inhabiles reddit ad

con-

contrahendũ. Contingeret enim contractum inualidum reddi, ac ius alienum lædi. *Vide ſup. ſect.* 1. *de Matrim.*

1381 Videto cum quo contrahas, quave ratione. Ne cogaris in integrum reſtituere. *Vide Decc. l.* 1. *tit.* 41. *de reſt. in integr.*

1382 In contractibus, qui cũ pupillis ineuntur, ex quibus obligationes mutuæ naſcuntur, vt in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, mãdatis, depoſitis; ſi tutoris auctoritas non interueniat; eos quidem, qui cũ pupillis contrahunt, obligari; pupillos non obligari. Par enim eſt alterius auctoritate firmari ea, quæ ab ijs aguntur, in quibus eſſe nõ poteſt iudicium perfectum. I*nſtit. l.* 1. *de auctoritate tutorum* §. 1. *Decc. l.* 1. *tit.* 41. *de in integrum reſtit.*

1383 Mercedem debitã operarijs differendam non eſſe. Statim enim ac opera exhibetur, compenſationem exigit: niſi alius contractus intercedat. *Iunat.*

1384 Cauendum eſſe maximè, ne pauperes opprimantur. Turpiſſimum enim iniuſtitię genus eſt. *Diſt.* 90. *c.* 8.

1385

1385 Caueto ne violentiam inferas ad contrahendum. Nam & iniuriam facis contrahenti: & continget nihil facere. Similis enim contractus vi, metuque facti, eſſe irriti ſolent. *Decc. l. 1. tit. 40. de ijs, quæ vi, &c.*

*c Vide ſupra deff. 554. 557.*

1386 *c* Negotiorum adminiſtratorum rationem reddendam ſemper eſſe. Ita omnes cauebũt ab iniuſtitia. *Inſtit. l. 1. de Atilia-no tut. §. Impuberes. Trid. ſeſs. 24. de Refor. c. 3. Tolet.* IV. *d. 38. c. 2.*

1387 Nullum crimen pati eũ, qui non prohibet, cum prohibere non poſsit. Negligentia enim non eſt culpa, niſi in eo, qui poteſt, & debet. Et impoſsibilium nulla eſt obligatio. *ff. de reg. iur. l. 110. & l. 145.*

*d Præcepta de reſtitutione vide Part.* 1. *d.* 11. *à nu.* 140. *et prop.* 1799. 1809. 1810. *&* *à pr.* 1828. *ad pr.* 1836.

1388 *d* Ad intelligendum an reſtituendum quid ſit, oportere tum naturales, tum gentium, tum ciuiles leges conſiderare. Nam cui ius ad bonum aliquod hæ leges tribuunt, ei bonum illud reſtituendum eſt. Sint exempla: Secundum leges ciuiles, theſaurus, ſi inueniat quis in loco ſuo, totus eſt eius: ſi caſu inueniat in loco alieno, dimidium eſt inuentoris, dimidium eius, cuius eſt locus. Secundum legem natura-

lem,

lem, res, quæ dono datur, eſt eius,cui à domino traditur. Res, quæ venditur, fit eius,qui emit; licet non per traditionē ſolam, ſed per ſolutionē pretij, aut per alterius generis ſatisfactionem. Res,quæ à dominis habētur pro derelictis,fiunt occupantis. Non habentur autem pro derelictis merces, quæ cauſa tempeſtatis proijciuntur in mari;aut de rheda decidunt,non intelligentibus dominis. *Inſtit.lib.2.de rerū diuiſ.*

1389 Eſſe reſtitutionem faciendam etiam fructuum, ſeu damni, quod dominus patitur, cum res poſsidetur mala fide. Eſt enim damnum illud voluntarium ei, qui vult dāni cauſam, quatenus rē poſsidet mala fide. *Par* 1.*d.*11.*n.*144.*Inſtit.l.*2.*de rerum diuiſ.* §.*Si quis à non domino,* & *l.*4.*de offic.*Iudicis §.*Et ſi hæreditas.* & *c.Grauis ad nos De reſtit: ſpol.* & *c.Peccatum l.6.de reg.iur.*

1390 Qui occaſionem damni dederit, de damno teneri. Niſi ne accideret, de contingentibus nihil omiſerit.*vid.Decc.l.*5.*tit.*36.*de iniurijs*, & *damno dat.*

1391 Damnū, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debere,nō alijs imputare.*c.Damnū l.6.de reg.iur.*

1392 Eſſe reſtitutionem faciendam eius, quod quis ab alio accipit ratione mutui, præter ipſam rem, ſeu rei valorem, quã mutuauit. Quæ enim mutuâtur, non faciunt ex ſe fructum, vt ratione eorum poſsit aliquid accipi præter ipſa: nec in puro mutuo interuenit vlla mutuantis induſtria, vt in veris cambijs; quam induſtriam poſſit mutuans vendere, & aliquid eius ratione accipere. *Par. 1. d. 11. n. 187.*

1393 Non firmari tractu temporis, quod de iure ab initio nõ ſubſiſtit. *c. Non firmari l. 6. de reg. iuris.*

1394 Minus ſoluere, qui tardius ſoluit. Nam & tempore minus ſoluitur. *ff. de regul. iur. l. 12.*

1395 Bonam fidem tantundem poſsidenti præſtare, quantum veritatem; quoties lex impedimento non eſt. *ff. de reg. iur. l. 179.*

*e Alia de vindicatione præcepta vide Par. 1. à pr. 2095. vſque ad pr. 2105.*

1396 Semper eſſe obligationem reſtituendi ea, quæ mala fide poſsidentur. Sunt enim aliena. *c. Sæpè contingit De reſtit. ſpoliat. & c. Poſſeſſor malæ fidei l. 6. de reg. iur.*

1397 e Caueto ne in iniurijs vlci-

vlciſcendis, pœniſque exigendis, efficias quicquam quod cõtra ius aliorum ſit, aut contra cõmune bonum, & charitatem, quam debes in alios. Id enim non eſſet iniuſtum compenſare, ſed iniuriam inferre; ac proinde duplex dedecus habere & iniuriæ iam acceptæ, & turpis facti. Quod accidit ijs, qui cum non potuerint ſe defendere, ne iniuriam reciperent aut verborum, aut cædis; priuato nomine vltionem perſequuntur. *S.Thom.2.2. q.108.a.1.*

1398 Nõ licere dominis ſuos ſeruos occidere. Publica enim requiritur poteſtas ad occidendum. *Inſtit. l.1. de ijs, qui ſui, vel alieni iuris ſunt §. In poteſtate.*

1399 Non licere dominis in ſuos ſeruos nimium ſæuire. Non enim habent tantam poteſtatem in ſeruos. *Inſtit. lib.1. ſupra, & §. Sed & maior.*



Digitized by Google

## a De Fortitudine.

*a Huc ſpectat precepta de Fortitudine, Magnanimitate, Patiētia, et huius generis uirtutum: quæ vide Par. 1. à pr. 2181. ad pr. 2256.*

1400 PRæclaram fortitudinis actionē eſſe, victoriā ſui. Nihil enim arduum magis. *Ambroſius 1. offic. c. 36.*

1401 Præclarum fortitudinis actum eſſe, deſpicientiam temporalium. Potentiſsima enim eſt temporalium illecebra. *Ambr. ſup.*

*b S. Car. Bor. vit. l. 8. c. 19.*

1402 *b* Actionem eſſe fortitudinis præſtantiſsimam, omnium, in quibus honeſtas cernitur, quantumuis arduorū, vſque ad effectum, proſecutionem. Quid enim diuinius? *Ambr. ſup.*

*c S. Ign. p. 9. c. 2. §. 5.*

1403 *c* Semper animo ardua, præclaraque molienda. Ita enim aſſueſcimus non timere, quæ nō licet; & audere, quæ licet. *Ambr. 1. offic. c. 36. 38.*

*d S. Car. Bor. lib. 8. c. 19.*

1404 *d* Magnis periculis te obijcito, vbi de rebus præclaris agitur: modò abſit temeritas. Id enim fortis, ac magnanimi eſt. Pręclariſſima autem res eſt diuina gloria, Eccleſiæ defenſio, animarum auxilium. *Ariſt. 4. Eth. c. 3.*

1405 Ne eſto querulus, ne pre-

Digitized by Google

precabundus; non de paruis, neque de ijs, quæ neceſſariò ſunt perferenda. Id enim fortem, ac magnanimum decet. *Ariſt.4.Eth. c.3.*

1406 *e* Dicito, agito apertè omnia. Id enim magnanimi eſt. Niſi contrarium ſuaſerit diuinum ſeruitium. *Ariſt.4.Eth.c.3.*

*e S.Car. vita l.8.c.24.*

1407 Tuam alteri operam libenter dato, atque inſeruito. Id enim magnanimum decet. *Ariſt. ſup.*

1408 Ne admirator facilè. Nihil enim magnanimo magnũ eſt in rebus humanis. *Ariſt. ſup.*

1409 Ne memor iniuriarum eſto. Nam puſilli animi hoc eſt. *Ariſt. ſup.*

1410 Honeſta potius eligito, quàm fructuoſa. Ea enim electio magni animi eſt. *Ariſt. ſup.*

1411 Motum tardum, quantum decuerit, vocem grauem, orationem ſtabilem, ac ſedatam habeto. Quia feſtinare non ſolet, qui paucis rebus ſtudet; nec vehemẽter contendere, cui nihil magnum eſſe videtur. *Ariſt. ſup.*

1412 *f* Pellendũ eſſe ex animo amorem eius, ex quo timor oritur. Nam nõ timetur amiſsio eius boni, quod non amatur. Quare

*f Vide Sum. Eth.d.3.q.1. pr.2.§.8. & S.Tho.2.2. q.3.*

Quare ſi frænetur amor vitæ, non erit mortis timor; neque paupertatis, ſi auaritiam cohibeas; neque infamiæ, ſi gloriæ appetentiam reprimas. *Ambroſ. 1.off.c.39.*

1413 Frænandum eſſe timorem præmeditatione malorum, quæ poſſunt euenire. Iacula enim præuiſa, minus feriunt: *Ambr.1.off.c.38.*

1414 In eam curam incumbito, vt tibi perſuadeas, cauſam eſſe magnarum vtilitatum mala, quæ patienter toleras. Firmat enim contra triſtitiam, timoremque animum ſpes bonorum. *Ambr. ſup.*

1415 Auertito cogitationem à malo, quod vel eſt præſens, vel times ne accidat. Opinio enim malorum eſt, quæ triſtitiam, ac timorem excitat. *Seneca epiſt.24. & 75.*

1416 Exẽpla proponito eorum, qui maiora perpeſsi ſunt. Valent enim plurimum ad omnem virtutem exempla. *Ambr. 1.off.c.40.41.*

1417 Illud tibi ſuadeto, nullã eſſe triſtitiæ, timoriſq; vtilitatẽ. Diuertit enim à triſtitia, timoreque animũ ea cogitatio. *Exper.*

1418

1418 Incommoda tibi proponito, quę ex triſtitia, timoreq; oriuntur. Odium enim incommodorum, quæ triſtitia parit, ac timor; ipſam triſtitiam, ac timorem fugabit. *S.Th.*2.2.*q.*38.

1419 *g* Aut in occupationes graues, aut in contemplationem incumbito diuinorum. Auertitur enim animus à triſtium cogitatione, tum quatenus alijs cogitandis intentus eſt; tum quatenus iucundorum delectationem capit. Contemplatio autem diuinorum eſt iucundiſsima. *Sum. Eth.d.*3.*q.*1.*prop.*2.§.8.

g *S.Car.Bor. lib.*8.*c.*22.

1420 * Ab adulationibus audiendis caueto. Eneruare enim illæ animos fortes ſolent. *Ambr.* 1.*off.c.*42.

**De æquanimitate inter uerba laudãtium, & vituperantium vide epiſt.* 3. *Sixti Pap. ad Epiſc.Orient.*

1421 Miſcẽda eſſe colloquia cum amicis. Delectant enim ea colloquia; ac proinde triſtitiam fugant. *Sum.Eth.ſup.*

1422 *h* Proponendam eſſe animo ſpeciem illã virtutis, quæ in ijs elucet, *i* qui quantumuis magno impendente malo, conſtanti, & magno, tranquilloque animo ſunt. Vrget enim ea ſpecies ad fortiter quiduis ferẽdum. *Vide Ambr.*1.*off.c.*40.41.

h *S.Ign.p.*9. *c.*2.§.5.& *l. exer.rr.*1.*de diſcern.ſpir. r.*12.

i *S.Car.l.*8. *vita c.*19.

1423 Opinionem deponito

mali

mali futuri, quæ timorē excitat. Deponitur autē cogitando aut non eſſe malū, quod timetur; aut non tantum, quantum putatur, aut non euenturum. *Senec.ep.*24.

*k S.Ign. lib. exer.rr.1. de diſcern.ſpir. r.8.*

*l Ariſtot. 2. Rhet.c.5.*

1424 k Spem tibi excitato, diuinæ opis ſiue pro vitādo malo, ſiue pro patiētiæ, ac fortitudine retinēdę. Nemo enim ſperauit in Deo, & confuſus eſt. *l* Ex amore autem, & pietate in ipſum Deū oritur affectus fiducię. *Eccl.*2. 1.

*m S. Ignat. p.9.c.2.§.5.*

1425 *m* Eſto animo ſemper erecto. Id vt aſſequare, cogita nobilitatem animi ad imaginem Dei procreati. *Ambr.* 1.*off.c.*36.

1426 Caueto ne viro præſtanti dignum, & honorificum exiſtimes id, quod eſt cōtrarium rationi. Summa enim hominis dignitas, ac nobilitas, ratio eſt. Vile igitur eſt iniurias contra Dei voluntatem, & contra leges vlciſci: quoniam cōtra rationem id eſt. *Ambr.* 1.*off.c.*36.

*n S.Ign.p 9. c.2.§.5.*

1427 *n* Aſſueſcito fortibus, generoſiſque animi cogitationibus, & affectibus; vt grauia, mortemque patiendi pro Dei gloria propaganda; pro Chriſti Fide, ac Religione tuenda; pro Dei offenſa vitanda. Has cogitationes, & affectus, ſingulis, ſi fieri poteſt,

horis

Digitized by Google

horis repetito. Ita enim redditur prōptus animus ad fortiter perferendum. *Ambr. 1. off. c. 36.*

1428 *o* Caueto ne ob timorē vllum aut omittas agere, quod ratio recta præcipit agēdum; aut agas aliquid, quod agendum ſecūdum rectam rationem non eſt. Eſſet enim à virtute diſcedere. *Greg. d. 43. c. 1. 4. Nicolaus Pap. ibid. c. 5. Cyprian. d. 47. c. 10.*

o *S. Ign. p. 9. c. 2. §. 5. S. Amb. 1. off. c. 36. 37.*

1429 Curato vt fortiter perſiſtas in caſtitatis propoſito, etiam ſi contigerit pati violentiam libidinis alienæ. Animi enim illa fortitudo ſanctitatem etiam corpori tribuit. *Aug. 32. q. 5. c. 3. 4. & ſeqq.*

1430 *p* Caueto ne ſis inconſtans. Nihil enim ad perfectionē adduces. *Par. 1. diſt. 10. n. 49.*

p *S. Ign. p. 5. c. 4. §. 5. & l. exerc. rr. 1. de diſcer. ſpirit. r. 8.*

1431 Ne putato fortis eſſe nihil timere. Nam eius etiam eſt timere, cū oportet. *Ariſ. 8. Eth. c. 7.*

1432 Caueto ne ſis fortis ad finem prauum. Nam non eſt virtutis ea actio. *Ariſt. 4. Eth. c. 8.*

1433 *q* Abigito timores vanos ab ijs, quos regere, quibuſve dare conſilia contigerit. Corrumpit enim magnas actiones vanus timor. *c. Inquiſitioni De ſent. excom.*

q *S. Ign. lib. exer. Ann. 7. & De ſcrupulis.*

r *S. Ign. lib. exer. rr. 1. de diſcer. ſpirit. r. 10. 14.*

1434 *r* Proſpicito quo te pa-

cto

ćto gerere poſsis, ſi quod malum ingruerit. Vt robur animi maturè compares ad paſsionum impetus reprimēdos. *Ambr. 1. off. c. 38.*

1435 Ne aſſueſcito ita ſine metu eſſe, vt non timeas iudicia Dei. Eſt enim is timor vtilis ad ſalutem. *Baſil. in reg. breu. q. 209.*

s *Vid. Par. 1. d. 6. n. 24. & ſup. def. 585.*

1436 s Caueto ne ob inutiles, ancipiteſq; cogitationes de tua prędeſtinatione, de diuinis circa bona electorum opera, & circa reproborum pœnas decretis; ſis in rectis actionibus aut anxius, aut negligēs, aut inconſtans, aut timidus. Eas cogitationes ne admittito. Certum enim eſt, velle Deum nos rectè agere, & meliora ſemper nobis in infinitū bona largiri; ad idq; aſſequendū, ſufficiētem nobis gratiam exhibere. Cogita igitur, quod *niſi* per te ſteterit non cooperantē diuinæ gratiæ, nec eā poſtulantem; magnam ſpiritualium bonorum copiam aſſequere. Cogita diuinum de impiorum pœnis decretum ab impiorum operibus pendere. Ergo ita agito fortiter, ac ſi Dei de tua, aliorumque ſalute, ac perfectione decretum, non iam ab æterno factum, ſed nunc in tempore ſit faciendum. Ad omnem

per-

perfectionem enitēdum, ad conſecutionem cuiuſque boni. *Aug. lib. 1. ad Simpl. q. 2. Alenſ. 1. p. q. 28. m. 3. a. 1. Valent. 1. p. q. 23. punct. 4. §. Probatur. Vaſq. 1 p. q. 89. à c. 2.*

*Praxis Sanctorum.*

## t De Patientia.

t *Vid. Caſſia. coll. 18. c. 13. 14. 15. 16.*

1437 u CAueto ne quid ex prioribus conſilijs rationabiliter decretis, immutes, cum vel ira, vel alio immoderato motu perturbatus eſt animus: ſed firmandus patientia. Multa enim bona perdidit impatientia. *Ambr. 1. offic. c. 21.*

u *S. Ign. lib. exer. in rr. 1. de diſcer. ſpi. r. 6. 7. 8.*

1438 x Nihil nec verbo, nec facto tentandum eſſe, cum ira concitamur: ſed quieſcendum, donec ardor ille per ſe remittatur. Periculum enim eſt, niſi id fiat, amittēdæ fortitudinis, & patientiæ. *Greg. 23. q. 4. c. 27.*

x *Plut. lib. de cobibēda iracundia. S. Amb. 1. off. c. 4. 5. 21. Caſſ. coll. 16. c. 27.*

1439 Impatiētiæ motus præcaueto conſideratione triſtium, quę ſolent accidere; & inueſtigatione artis ad iram repellendam. Omnibus enim malis occurritur prouidentia. *Ambr. 1 offic. c. 21.*

1440 Cogitato ad beatitudinē tolerandis triſtibus perueniri: Habet enim etiam in hac vita

S præ-

præmiũ patientia. *Amb. 2. off. 4. 5.*

*y Seneca de ira l. 3. c. 29.* 1441 *y* Minuẽdam eſſe, quoad fieri poſsit, in nobis opinionem exiſtimatæ iniuriæ. Sæpè enim fallimur, iniuriam reputantes id, quod non eſt, aut non tantum, vt ob id iraſci debeamus. *Ambroſ. 1. offic. c. 48.*

*z Plut. ſup.* 1442 *z* Cogitandum nos aliquanto poſt tempore alio modo ſenſuros eſſe de iniuria, quam ſentimus tunc, cum ira concitamur. Agendum ergo tunc, quod aliquanto poſt tempore ageremus. *Ex exper.*

*a Plut. ſup.* 1443 *a* Proponendam nobis eſſe miſeriã eius, à quo patimur iniuriã. Valde enim miſer eſt, qui malè agit. Nemo autem in miſerum iraſcitur. *Chryſ. hom. 47. in Io.*

1444 Cogita tibi præſentem, teq; ſpectantẽ Deum. Quis enim morigerus committet in oculis Principis quidpiam, quod illi diſpliceat? *Baſil. in reg. br. q. 29.*

1445 Reputãda incommoda, quæ multò maiora ſequentur, ſi velimus vlciſci. Ita conſtans eris in iniurijs ſuſtinendis, *Ambroſ. 1. offic. c. 48.*

1446 Paucis contentos eſſe. Ita enim ſubtrahitur iraſcendi materia. *Caſſian. coll. 16. c. 9.*



Digitized by Google

1447 Nolito ea perquirere, quæ cognita, iram prouocant, Propoſitio enim, & opinio iniuriæ iram excitat. *Vide Claud. Aqu. Induſtr. c.* 14.

1448 Iracundorum ſocietatē vitato. Ne tu quoque aſſueſcas impaciens eſſe. *Exper.*

1449 Speciem tibi proponito fortitudinis, conſtantiæ, manſuetudinis; & vim, quam habent, ad aſſequendum quod volumus. Ita firmabis animum amore virtutis. *Ambr.* 1. *off. c.* 21.

1450 *b* Exempla tibi proponito manſuetorum, præſertim Chriſti. Excitaberis enim ad imitationem manſuetudinis, ac patientiæ. *Aug.* 23. *q.* 1. *c.* 2.

b *Vid. Amb.* 1. *offic. c.* 21. 48.

1451 *c* Cogitato diuinę volūtatis effectum eſſe quidquid aduerſi perpeti contigerit. Amor enim in diuinam voluntatē parēs eſt patientiæ. *Ambr.* 1. *off. c.* 48.

c *Bellar. vit. c.* 38. *S. Ignat. p.* 3. *c.* 1. *S.* 17.

1452 Illud tibi perſuadeto, vilis animi eſſe, nolle iniurias remittere, ac indigentis. Nam ideo Deus ſemper promptus eſt ad ignoſcendum, quia nullius indiget, nec vllum ex vlla iniuria in infinita ſubſtantia patitur detrimentum. Paratus autē ſemper eſt Deus ad noſtra detrimenta com-



Digitized by Google

penſanda, quæ inferuntur ex aliorum iniurijs: ſi nos ad condonandum promptiſſimus. Sit ergo noſter animus magnus, ac diues in Deo. *Ambr.1.offic.c.21.48.*

*d Bellar. vit. c.12.* 1453 *d* Putato ad iram, omnemque aliam perturbationē frænandā, rationes humanas prodeſſe parum, niſi diuinas conſulas, & æternas. An quia hæ fallere poſſunt, illæ nunquam? An quia vt audiatur rationes diuinæ Deo magiſtro eſt opus? ſcit autē efficaciter ſuadere Magiſter ſapientiſſimus, & omnipotēs. *Ex exper.*

1454 Melācholici, triſteſque, lætorum meditatione exercētor. Ita ſe paratos exhibebunt ad fortitudinem, ac patientiam. *Exper.*

*e Greg. 2. Paſtoral. c.9. Claud. Aqu. Induſt. c.14. S. Baſilius in Aſcet. c.50. & in reg. br. q.165. f Ariſt. 4. Eth. c.5.* 1455 *e* Caueto ne boni zeli ſpecie deceptus in aliorum vitijs corrigendis ſis intempeſtiuus. Magis enim nocebis, quàm proderis. r1.q.3.ca3.

1456 *f* Caueto ne inordinatam remiſsionem pietatem credas: & effrænatam iram ſpiritalis zeli virtutem exiſtimas. Ne aut remittendo, quod ferire debes; ad æterna ſupplicia ſubditos trahas: aut immaniter feriēdo quod delinquitur; ipſe grauius delinquas. *Greg. 2. Paſt. c.9.*

1457

1457 Acceptam iniuriam, non ſolum patienter tolerato, ſed conator etiam compenſare beneficijs. Ea enim ars patientiã quandam animo diuinã inſerit. *Ambr. 1. offic. c. 48.*

*Caput Decimumtertium.*

## a De Temperantia.

1458 PRimum Temperantiæ præceptũ illud eſſe: Appetitum ita frenandum eſſe, vt obediat rationi. Nã difficilè fieri poteſt, quod decet; niſi appetitus pareat rationi. *Ambr. 1. offic. c. 24. 47. Baſil. in Aſcet. c. 16.*

1459. * Ne putato voluptatẽ ſenſuum omnẽ turpem eſſe: ſed immoderatam, & nõ ordinatam. Nam quæ ſenſuũ actiones honeſtę ſunt, earum quoque voluptas honeſta eſt; modò modũ habeat. Caueto igitur, ne ſi velis omnem à ſenſibus voluptatem abigere, naturam corrumpas. *Ariſt. 7. Eth. c. 12. 13. 14. & l. 10. c. 3. 4. 5.*

1460 b Ab omnibus Temperãtiam, ſed in primis ab Eccleſiæ miniſtris ſectandam eſſe. Ne alijs obſint malo vitæ exemplo. Vt ſe

a *Huc ſpectãt prȩcepta de delectationibus tactus, Abſtinentia, Sobrietate, Caſtitate, Cõtinẽtia, Modeſtia, Liberalitate, Magnificẽtia: quȩ vide Part. 1. à pr. 2257. duo Magnificentiæ præcepta vide Par. 1. prop. 2241. 2242. de Liberalitatis prȩceptis agitur ibid. à prop. 2156. ad pr. 2180.*

* *Vid. lib. de eccleſ. dogm. c. 76.*

b *Vid. Baſil. in Aſc. c. 16.*



Digitized by Google

dignos reddant, qui ſacris miniſtrent. *Diſt.44.et de cõſec.d.5.c.35. & Can. Apoſt.41.42.et c. A crapula De vita, & boneſt.cler. Eutychianus Pap. in ſuis Decr. Euſeb. Pap. in ſuis Decr. Syn. Remenſis ſub Leone* III. *can.*18.

1461 Virtutis honeſtatẽ proponendam animo frequẽter eſſe. Ita enim amor in illam excitatur, quo frænatur cupiditas immoderatior. *Ex exper.*

1462 Cogitationes turpium vitandas eſſe. Nam ſola cogitatione poteſt temperãtia corrumpi. 32.*q.*5.& *q.*7.*c.*15.

1463 Vitiorum turpitudinẽ, ac fœditatem eſſe frequẽter animo obijciendam. Vt odium in illam excitetur, quo frenetur cupiditas immoderatior. *Ex exper.*

*c Bellar. vit. c.*34. 1464 c Cuſtodiendos ſenſus eſſe. Per ſenſus enim in animum ſenſibillum irrepit cognitio: quæ amorem excitat immoderatum. *Aug. de conſecr. d.*5.*c.*35.

1465 Deſideriũ ſeruẽs excitato placitorũ Dei. Ita quæ minora ſunt contemnes, & auerſaberis; multoq; magis quæ ſunt probro digna. *Baſil. in reg. br. q.*30.

1466 Inquirenda, contẽplandaque mala, & incommoda, quæ

infert

Digitized by Google

infert vſus immoderatus ſenſibilium. Hæc enim ars immoderatū ſtatuat amorem in ſenſibilia. Sum.Eth.d.3.q.1.prop.2.§.7.

1467 Delectationes cohibeto conſideratione illarum tanquam abeuntium, & fugientiū, & quaſi feſſarum; non vt firmarum, ac ſtabiliū. Voluptates enim moleſtæ ſunt abſcedentes. Sum.Eth.ſup.

1468 Delectationes fugato imaginatione malorū, quæ conſequi eas ſolent. Mala enim conſequi voluptates ſolent; Dolor, cœcitas mentis, infamia, & his ſimilia. Sum.Eth.ſup.

1469 *d* Maius, ac impenſius animi tui ſtudium eſto, quærere maiorē tui abnegationem, & cōtinuam in rebus omnibus, ſecundum prudentię regulam, mortificationem. Eo enim maximè ſtudio ad cupiditatum mediocritatem peruenitur. Ambr. 1 off.c.36.

1470 *e* Diligentem cuiuſque curam eſſe debere ad remouēdas occaſiones caſtitatis corrūpēdæ. Negotiū enim & magni momēti eſt, & arduū, cuſtodia caſtitatis. Trid.ſeſſ.25.de Regular.c.5.7. et de Refor.c.14.15. Conc.Nic.d.32.c.16. Hier.ibid.c.17. Greg.ibid.c.18. & d.34.c.1.19. & d.81.c.9.20.et ſeq.

*d* S. Ign. ex. c.4.§.44.45. 46.
*e* S. Baſil. in Aſcet.c.33. S.Ign.par.3. c.1.§.14. S.Amb.1.off. c.20. Cōc. Elibert. c.27. Carthag. I. c.3.4. Tolet. I. c.6. & II.c.3.& III.c.5. Hiſpalen. I. c.3. Greg.in Cōc. Rom.l.4.regiſtr.c.88. Hiſpalen.II. c.11.de Præfectis Moniahium. Conc. Cabilon.can.3.

*& 18. q. 2. c. 20. & ſeq. & Decr. l. 3. tit. 1. de vita, et hon. cler. & tit. 2. de cohabit. cler. & c. Periculoſo l. 6. de ſtatu Regul. Lucius Pap in ſuis Decr.*

1471 In miniſteria incumbito ſalutis animarum, et in contéplationem æternorum. Horum enim præclarorũ cogitatio, & occupatio, vileſcere faciet animo cupiditaté temporalium, vt voluptatum, diuitiarum, honorum. *Exper.*

1472 Præclaram temperantiæ regulam eſſe imitationé Chriſti Ieſu. Cedit enim in honorem, & cultum Chriſti Dei. *S. Ign. l. exer. in reg. 7. de diſtrib. eleem.*

1473 In eam curam Princeps incumbito, vt ipſe ſuis præeat & temperantiæ, & virtutum aliarum exemplo. Principis enim exemplũ efficacitatem magnam habet ad ſubditorum cupiditatem frænandam. *Trid. ſeſſ. 25. de Refor. c. 1. & diſt. 44.*

1474 *f* Temperantiæ regula in ciborũ vſu eſto naturæ neceſsitas. Ad ſuſtétationé enim naturæ cibi ſunt. *Diſt. 30. can. 13. & d. 41. c. 2. 3. 4. et d. 44. c. 6. et 10. q. 3. c. 10. & de conſecr. d. 6. c. 27. & ſeqq.*

*f S. Baſil. in Aſcet. c. 18. 19. et in reg. bre. q. 129. S. Ign. lib. ex. c. 1. §. 6. & p. 3. c. 2. §. 3. & in l. exer. in reg. de vict. temper.*

1475 Temperantiæ regula in ciborum vſu eſto regionis conſuetudo, ac præceptum Eccleſię

Non

Non ſolum enim cuiuſque ratio, ſed Principis etiam, atque cōmunitatis, agendorum regula eſſe debet. *De ieiunio Teleſphorus Papa diſt.4.can.4.5. Greg ibid.can.6. & diſt.30.c.8.& d.41.c.1.4.& d.76, vide De conſecr.d.3.& d.6.à c.16.& c.32 & Can.Apoſt.68.& Decr.l.3 tit.46. de obſer.ieiun.*

1476 g Animi æquanimitatē in ciborum vſu ſeruandam eſſe. Nam turpe eſt ardenter, ac intolerabiliter cibo inhiare; etiam ſi cibi quantitas parua ſit, aut qualitas vilis. *Aug.d.41.can.4.*

g *S.Ign.p.3.c.1.§.5.& l exerc. reg.7. de vict.temp.*

1477 *h* Eſſe menſas, præſertim Clericorum, ſacra lectione condiendas. Sacra enim lectio, ad ciborum temperantiam maximè poteſt. *Greg d.44.c.6.8.Tolet.*III. *ibid.c.11. Euſeb.Papa in ſuis Decr. Syn.Remenſis ſub Leo.*III. *c.17.*

h *Baſilius in reg.br.q.*180. *S.Ign.par.3.c.1.§.5.& litt.E.& lib. exerc. reg.6. de vict.temp. S.Car.Borr. vit.l.8.c.12.*

1478 *i* Eſſe cibum benedicendum, Vt cedat in gloriam Dei. *Diſt.44.c.8.*

i *S.Ign.p.3.c.1.§.5.*

1479 *k* Eſſe gratias poſt cibum agendas Deo. Ab ipſo enim eſt omne bonum. *Diſt.44.c.8.*

k *S.Ign.p.3.c.1.§.5.*

1480 Abſtineto etiam à licitis ob reuerentiam ſacrorū. Debetur enim diuinis, ſacriſq; rebus ea reuerētia. *33.q.4. et de cōſec.d.2.c.21. et d.6.c.12. Liberius Pap.in ſuis decr.*



Digitized by Google

*l Vide Ariſt. 10. Eth. c. 3.*

1481 *l* Caueto ne à nuptijs, aut cibis abſtineas, nō propterea quod mēs ad cultū pietatis exercitatior reddatur, ſed propter abominationem. Omnia enim, quæ fecit Deus, bona ſunt. *Can. Apoſt 50. 52. l. de eccleſ. dogm. c. 66. Eleuther. Pap. epiſt. ad Galliæ Prou.* Conc. Ancyr. c. 14. *Tolet.* I. *in aſſert. Fidei.*

*m* S. *Ignat. Loy. ex. c.* 1. *§. 6. & p. 3. c. 2. §. 5. & p. 6. c. 3. §. 1. & litt.* A.

1482 *m* Corporis afflictionū regula eſto maior Dei gloria, & Rectoris iudiciū. Corporis enim afflictiones bonitatem habent, quatenus ad diuinum obſequiū ſunt. *DD. Morales.*

*n S. Ign. 3. p. c. 2. §. 5. & p. 6. c. 3. §. 1.*

1483 *n* Corporis caſtigationem immoderatam eſſe non debere, nec indiſcretā. Solet enim & nocumentum afferre, & maiora bona impedire. *DD. Mor.*

1484 Ad delectationes illicitas vitandum, nullum eſſe remedium efficacius ipſa fuga delectabilium. Non enim poteſt affectus cohiberi ne propendeat ad ea, ad quæ naturalem propenſionem habet, cum ſunt præſentia. *Experientia.*

1485 De ijs, quæ ad corpus pertinēt, ne ſolicitus eſto nimiū. Solet enim ea cura immoderatior actionem impedire virtutū

præ-

Digitized by Google

præſtatiorum. S.Ign.p.3.c.2.§.1.

1486 o Cura eſto, ſed moderata, valetudinis, viriumque corporis tuendarum. Neceſſarium enim eſt & contemplationi, & actioni, corporis miniſterium. S.Thom.2. de reg.Princ.c.4.

o S.Ign.p.3. c.2.§.1.6.& litt.F.G.& p.4.c.4.§.1. & p.6.c.3. §.1.

1487 Eſſe corporis afflictiones ſuſcipiendas ad peccatorum ſatisfactionem, ac pœnitentiam. Quid enim non agendum, vt ſatisfacias Deo? Vid S.Ign.in l.exer. add.10.

1488 Eſſe ab immoderatis delicijs abſtinendũ. Eneruant enim animi vires deliciæ nimiæ. S.Th. 2.de reg.Princ.c.4. Baſil.in Aſcet. c.19.20.

1489 Turpe quemque, præſertim iuuenem, & fœminam, inuerecundum eſſe. Eſt enim verecundia pudicitiæ comes, cuius ſocietate caſtitas ipſa tutior eſt. Ambr.1.off.c.18.

1490 Expelli incontinentes debere è cœtu eorum, è quibus Eccleſiæ miniſtri, Rectoreſque aliorum ſunt eligendi. Nam turpe eſt incontinentes eſſe miniſtros ſacrorum, Rectoreſque. Et noxium erit malum eorum exemplum communi bono: nec agent miniſteria, quæ oporte-

rit; à voluptate ſenſus diſtracti. S. Ign. p. 2. c. 2. §. 2.

a Vide alia Liberalitatis præcepta ſup. c. 9. de Amic.

## a De Liberalitate.

1491 b Moderatum eſſe Principē debere in tributis exigendis. Principum enim maximè propria virtus Liberalitas. *Patres* 1. q. 1. 2. & q. 16. *per totum. et Decc. l. 3. tit. 39. de cenſibus. et c. Quia plerique De immun. Eccleſ. & l. 6. de cenſib. & exact. & Clement. l. 3. eo. tit. & Extrau. Vas electionis eo. tit.*

b *Bellarm. in vita c. 26. Ariſt. 4. Eth. c. 1.*

1492 c Moderatum eſſe Principis debere in conſanguineos affectum. Ne dum immoderatior eſt in ijs ditādis, āc nobilitandis, iniuſtè aliquid agat, aut in regendo ſit negligentior, aut in ſubditorum odium incurrat. *Trid. ſeſſ. 25. de Refor. c. 1. Ambr. d. 86. c. 16.*

c *Bellar. ſup. Ariſt. 4. Eth. c. 1.*

1493 d Synceram eſſe debere, & ab humanis affectibus liberā, quæ pro Deo initur, temporaliū abdicationē. Vt vera ſit in Deum liberalitas. *Ex Ariſt. 4. Eth. c. 1.*

d *S. Ign. ex. c. 4. §. 2. & p. 3. c. 1. §. 7. 8. 9. & lit. G. H.*

1494 Præclarā liberalitatis regulam eſſe imitationē Dei. Et huius quidem generis cultū à nobis exigit immenſa in nos liberalitas Dei. *Chriſtus Dominus Matt. 5. 48.*

1495 e Perfectam liberalitatem eſſe, quæ ſine recuperandi, recompenſationisve ſpe, largitur. Eo modo liberalis eſt Deus. Vide Ambr. 2. offic. c. 15. 25.

e S. Ign. ex. c. 4. §. 1. & p. 3. c. 1. §. 7. 8. 9. et litt. G. H.

1496 f Munera Princeps, Iudexve, ne accipito. Solent enim munera & iuſtitiam corrumpere, & cupiditatem augere. Trid. ſeſſ. 24 de Refor. c. 3. 6. 18. VII. Syn. d. 18. can. 7. 8. & 1. diſt. c. 3. et 24. d. c. 5. & 1. q. 1. c. 114. Impp. Gratianus, Valentinus, & Theodoſ. 1. q. 1. c. 126. & ſeqq. & Greg. 11. q. 3. c. 66. 71. 72. & 15. q. 2.

Ariſt. 4. Eth. c. 1. 3.
f Bellar. vit. c. 37.
Supra def. 265.

1497 g Ab omni auaritia, & auaritiæ ſpecie cauendum ab Eccleſiæ miniſtris. Turpiſsima enim eſt auaritia in miniſtris ſacrorũ, ac diuinorum. Trid. ſeſſ. 21. c. 1. de Reform. & ſeſſ. 22. Decr. de obſer. in celebr. Miſſ. & ſeſſ. 24. de Refor. c. 6. & ſeſſ. 24. c. 14. et ſeſſ. 25. de Regul. c. 2. et de Refor. c. 1. VII. Syn. d. 18. c. 7. 8. & 1. diſt. c. 2. 3. & 24. d. c. 5. Concil. Laodic. d. 46. c. 9. Leo Pap. ibid. c. 10. et d. 47. per totum. et d. 85. et Concil. Chalcedon. d. 86. c. 26. & d. 88. & d. 93. c. 23. et 10. q. 2. c. 7. et 14. q. 4. & 15. q. 2. & 16. q. 6. et q. 7. c. 9. et 20. q. 3. c. 5. et Can. Apoſt. 43. & c. Cum ab omnis De vita, et hon. cler. & Decr. l. 3. tit. 50. per totum. &

g S. Ign. Loy. ex. c. 1. §. 3.

Extr.

Digitized by Google

*Extr. Excommunicatus l.5. de ſent. excom. & Concil. Magunt. can. 10.*

h *Ambr. 2. off. 16. S. Ignat. p. 3. c. 1. §. 7. 8. 9. & litt. G. H.*

1498 *b* Seruandum eſſe in liberalitate rectum modum. Seruatur autem, ſi conſideres, quid, cui, quando debeas ipſe largiri. *Diſt. 86. c. 16. 17. 18. 19.*

*Ariſt. 4. Eth. c. 1.*

1499 Quæ gratis accepiſti, gratis dato. Cauendum ergo, quantú fieri poteſt, à dono quocunque, quo doctrina, vel prædicatio, vel ſacrificia, et Sacramentorum adminiſtratio compenſari videatur. S. *Ignat. p. 4. c. 7. §. 3. & c. 15. §. 4. & p. 6. c. 2. §. 7. & lit. G.*

i *S. Ign. p. 3. c. 1. §. 8. & p. 6. c. 2. §. 9. Ariſt. 4. Eth. c. 1.*

1500 *i* Caueto ne quid alteri dones, quod legitimè dare non licet. 12 *per totum.* & 13 *q. 2. c. 5.* & *Can. Apoſt. 37. 39.*

1501 Decere conceſſum à Principe beneficium, permanere. *c. Decet l. 6. de reg. iur.*

1502 Indultum à iure beneficium, non eſſe vlli auferēdum. *c. Indultum l. 6. de reg. iur.*

k *Ariſt. 6. Polit. c. 5.*

1503 *k* Ex pecuniarijs, quas alteri iniunxeris, pœnis, tibi lucrum ne facito: vt ſit iudicium ſyncerum: vt abſis ab auaritiæ vitio. 16. *q. 6. & c. Licet De pœnit.*

1504 Licentiam, præſertim docendi, ne vendito. Turpe enim auaritiæ genus eſt. *Docc.*

*l. 5.*

*l.5.tit.5. de Magiſtris.*

1505 *l* Caueto ne ſub parſimoniæ nomine tenaciam pallies: neque effuſioné ſub appellatione largitatis occultes. Nam plerũque vitia virtutes ſe eſſe mentiuntur. *Greg.* 2 *Paſtor.c.9.* — l *Ex Ariſt. 4.Eth.c.1.*

1506 *m* Ab immoderata cupiditate caueto. Extinguit enim immoderata cupiditas omnem iuſtitiam. *Ambr.* 1.*offic.c.28.* — m *Ariſt. in Polit. ſæpè.*

1507 *n* In conferendis beneficijs eſto volés, libenſque. Nam ſi inuitus agas, non ages ex virtute. A*mbr.* 1.*off.c.30.* — n A*riſt.* 4. *Eth.c.1.*

1508 In male vtentes, beneficia ne conferto. Ne malitiam iuues. *Ambr.* 1.*off.ſup.et l.2.c.25.*

1509 *o* Curato vt liberalis ſis iuſtè, & cum virtute. Eris autem iuſtè, & cum virtute, ſi abſque fraude, non mala cauſa, loco, tempore, ordine, bene facias. A*mbr.ſup.* & *l.2.c.16.* — o *Ex Ariſt. 2. Eth.4.* & *l.4.c.1.*

1510 Perpendito terrenorum bonorũ vanitaté, & inconſtantiã. Hac enim arte, liberalitatis virtus acquiritur. A*mbr.* 1.*off.c.49.*

1511 *p* Tuum ad largiendum officium, & indigentium neceſſitaté conſiderato. Vrgebit enim ad liberalitatem ea conſideratio. *Ambr.2.off.15.* — p *Ex Ariſt. 4.Eth.1.*

1512 Ad liberalitatis materiam ſuggerito menti opera miſericordiæ. Sunt enim illa & ſtimuli,& occaſiones ad liberalitatis actiones. *Ambr.* 2.*off.*21.

*q Ex Ariſt. 4.Eth.c.*1.

1513 *q* Ab immoderata temporalium ſolicitudine cauẽdum eſſe. Defectũ enim indicat ſpei, quam in Deum debemus. *Baſil. in reg.br.* q.200.207.272.

1514 Curato vt ſumptus,quẽ facere contigerit, decorus ſit & tibi, & in quo,& circa quod fit. Id enim magnificentię virtus requirit. *Ariſt.*4.*Eth.c.*2.

a *S.Ambroſ.* 2.*off.c.*18. S.I*gnat.p.*3. *c.*1.*S.*4. *Lege vitã S. Car.Bor.l.*8. *c.*16.*&* *Cõc. Laodic.c.*53. 54.55. *&* *Carthag.*III. *in fin.c.*3.*&* *Carth.* IV. *c.*47.60. *Matiſcon.*II. *c.*13. *canes probibet in domibus Epiſc. Concil.* Ma*gunt.can.*10.

1515 Expellitor è cœtu eorum, qui in Eccleſiæ miniſtros, Rectoreſq; aliorum ſunt eligendi, ij, quos nimium cupidos deprehenderis. Turpe enim eſt in Eccleſiæ miniſtros,& in aliorum Rectores eligi cupidos. Noxium etiam communi bono. S.I*gnat. p.*2.*c.*2.

## *De Modeſtia.*

1516 *a* ESſe ab omnibus modeſtiam, præſertim à Clericis,conſectandam. Turpe enim eſt diſcedere à regula rectæ rationis. *Diſt.*44.*&* *d.*46.*c.*6. *&* *d.*99.*c.*5. *et de conſecr.d.*5.*c.*35.



Digitized by Google

C.XIII. Diſt. 1517 ... 41 3. 37. & Can. Apoſt. 53. vid. Decr. l. 3. t. 1. de vit. & boneſt. cler. & c. Cum Apoſtolus Decenſibus. & l. 6. de vit. & bon. cleric. & Clement. l. 3. de vit. & boneſt. cler. & ibid. c. Ne in agro De ſtat. mon. & Extrau. Docta l. 3. de vit. & bon. cler.

1517 Decentem ornatum, ac munditiem in locis, vaſis, veſtibus ſacris eſſe curanda. Diuina enim ſanctitas eũ modeſtiæ cultũ exigit. *Trident. ſeſſ. 22. de obſer. in celeb. Miſſ. et ſeſſ. 24. de Refor. c. 12.*

1518 Abſtinendum eſſe Clericis à venatione. Ea enim Clericorum modeſtiam non decet. *Trident. ſeſſ. 24. de Refor. c. 12. Iſid. d. 23. c. 3. & d. 34. c. 1. 2, 3, et d. 86. c. 11, 12. 13. & c. Cum Apoſtolus De censibus. & c. Epiſcopum. & ſeq. de clerico venatore. & Syn. ſub Zachar. Pap. can. 1.*

1519 * Non omnem ludum Clericos decere, qui ſæculares non dedecet. Maior enim eſt modeſtia Clericorum. *Trid. ſeſſ. 22. de Refor. c. 1. & ſeſſ. 24. c. 12. Iſid. d. 23. c. 3. Concil. Nannet. de conſecr. d. 5. c. 35. et Can. Apoſt. 41. et Clem. Ne in agro De ſtat. mon. et VI. Syn. can. 50.*

* *Vid. Conc. Antiſiodor. can. 38.*

1520 b Non omnem ornatum Clericos, Deique ſeruitio mancipatos,

b *Bellar. in vita c. 36. S. Ignat. p. 6. c. 2. §. 15.*

cipatos, decere, qui non dedecet ſæculares. Magna enim eſſe debet modeſtia c Clericorum. Trid.ſeſſ.22.de Refor.c.1.et ſeſſ.24. c.12. & ſeſſ.25. de Regularib.c.2. Iſid.d.23.c.3. Carthag.IV.d.23. can.24.et d.41.c.8. et 20.q.1.c.16. & 21.q.4. & Decr.l.3.tit.de vit.& hon.cler.et Clem.l.3.eo.tit.et Clem. Ne in agro De ſtat.mon.

c De modeſtia Epiſcoporum Carthagin. IV. d.41.c.7.

1521 * Eſto Clericis habitus proprius, ac tonſura. Vt enim interius charactere à laicis, ita etiã exterius debet ſigno aliquo Eccleſiæ miniſtri diſtingui. Trident. ſeſſ.14.de Refor.c.6. & ſeſſ.23.c.6. 18. & Carthag.IV.d.23.c.21.22. 23.& c.32.et Conc.Tibur.17.q.4. c.25.& Decr.l.3.tit.De vit.et hon. cleric. & c.Iuuenes nobis De clericis coniug. & c.Vt conſultationi eo.tit. et c.Contingit De ſent.excom.et l.6. de cler.coniug. & Extr.Vt Prelatorum l.1.de maior & ob.

* Monachi creari Epiſcopi, non mutant veſtis rationem. VIII. Syn. can.27.

1522 Quantumuis agas ſolitarius, putato ſemper adſtare ſpectantem aliquem. Adeſt enim ſemper præſens, videnſq; Deus. Baſil.ſap.def.4306.

1523 Eſto tibi modeſtiæ regula præclariſsima, imitatio Ieſu Chriſti. Hoc enim gen. gratitudinis exigit Verbũ Dei, quod

pro

pro ſalute noſtra factũ eſt homo. *Trid. ſeſſ. 14. de Sacr. Pœn. c. 8.*

1524 *d* In ornatu, geſtu, motu corporis; in tradenda doctrina, in cõſilijs dandis; in actionibus cæteris, modeſtiam eſſe conſectandam. Decus enim illa eſt, ac ſpecies actionum. *Ambr. in off.*

d *Bellar. vit. c.* 31. *Vid.* VI. *Synod. can.* 96. *de calamiſtris.*

1525 Eſſe modeſtiam in riſu debere. Nam impotenti, & effuſo riſu corripi, ſignum eſt intemperantiæ, & quod animi motus non ſint repreſſi, nec animi mollities diligenti ſtudio cohibita. *Baſil. in Aſcet. c.* 17.

1526 Ab officio rationis ne diſcedito, etiam ſi contra modeſtiæ leges, omnium ſit, quibus cum verſaris, exemplum. Nihil enim turpe agendum; quicquid agant cæteri. *Ambr.* 1. *off. c.* 18.

1527 *e* Caueto ne ita ſis ſecundũ externam modeſtiam exquiſitus, vt excedas modũ communem hominum modeſtorum. Singulare enim eſt id genus modeſtiæ: ac ſemper accipi in malam partem ſolet. *Diſt.* 30. *can.* 15. *et d.* 41. *c.* 1. 5. *et Extr. Quorundam De verb. ſign.*

e *Ambroſ.* 1. *off. c.* 18. 19. *S. Ign. ex. c.* 1. §. 6. *S. Car. Borr. in vita lib.* 8. *c.* 16.

1528 *f* Externa modeſtia, internam animi humilitatem, ac mo-

f *S. Ign. p.* 3 *c.* 1. §. 4.

modeſtiam excitandam, & conſeruandam eſſe. Monetur enim maximè animus noſter operatione ſenſuum externorum. Oculi ergo, vultuſque depreſſus; vox demiſſa; veſtitus vilior, modò ſit congruus; ſilentium, cum non neceſſarium eſt loqui; & alia his ſimilia, animi modeſtiam excitant, & conſeruant: *Trid. ſeſs. 25. de Refor. c. 1.*

1529 Diuinæ excellentiæ, noſtræque vilitatis contemplatione eſſe in animum modeſtię virtutem inducendam. Quis enim ſuperbiat, ſi probè Dei excellentiam, ſuumque nihil intelligat? *Experientia.*

1530 Peccatorum in Deum admiſſorum conſideratione fræuandum eſſe animum, ne ſeſe efferat contra rationem. Quis enim efferatur, qui vel vnius peccati admiſsi cõſcius ſit? quo nullum malum turpius, aut maius. *Greg. Paſtor. p. 4.*

1531 Noſtræ ad bonum impotentiæ, ac omnimodæ à Deo dependētiæ conſideratione frænandum eſſe animum ne ſeſe efferat contra rationem. Quis enim efferatur, qui ſe videat nihil ex ſe poſſe? *Greg. 4. Paſtor.*

1532

1532 g In eam curam incumbito, vt poſt rectam actionem ſtatim te colligas: & impotētiæ, vitiorumque tuorum conſideratione animum, ne intumeſcat, cohibeas. Vt ea modeſtia retineat actionis bonitatem, ne euaneſcat. *Greg.4.Paſt.*

g *S.Car.Bor. vit.l.8.c.23.*

1533 h Non debere Principes ita ſe humiles ſubditis exhibere, vt vileſcant, & contemnantur. Nam contra commune bonum eſſet hoc genus modeſtiæ. *Diſt.86.c.4.5.*

h *Greg.2.Paſtor.c.6.*

1534 Caueto ab vſurpatione eius honoris, qui ſit illegitimus. Eſt enim contra modeſtiam. *Diſt.100.*

1535 i Eximiam Chriſtianæ humilitatis actionem eſſe, cupere, atque curare, vt quæcunque notata in eo, & obſeruata fuerint, per quemuis ſiue ipſi, ſiue viro alteri prudenti, qui ipſum moneat, manifeſtentur. S. *Ign.ex.c.4.§.8.9.*

i *S.Car.Bor. vit.l.8.c.16.*

1536 k Neceſſariam ad ſalutem humilitatis actionem eſſe: vt ita te penitus ſubdas diuinæ legi obſeruandæ, vt ne mundi quidem totius oblato tibi dominio, vel extremo vitæ diſcrimine obiecto, tranſgrediaris ex deliberato,

k *S. Ign. lib. exerc. de primo grad. humil.*

berato, mandatum vllum diuinũ, aut humanum, quod quidem peccati mortalis vinculo te obliget. *Ias diu.*

*l S. Ign. ſt p.*

1537 *l* Perfectiorem humilitatis actionem eſſe: vt ita te diuinæ voluntati ſubijcias, vt nulla vel humanæ quantæcunque felicitatis, vel propriæ mortis conditione propoſita; adducaris vnquam, vt culpam, licet venialem tantum, decernas admittere. *Ias diu.*

m *S. Ignat. l. exerc. in 2. gr. humil.*

1538 *m* Perfectiorem humilitatis actionem eſſe: vt fixo animo, ad diuitias, paupertatem; honorem, ignominiam; breuitatem, longitudinem vitæ: æquè propendeas: vbi æqualis eſt tibi diuinæ laudis, & ſalutis occaſio: *Ias nat.*

1539 Perfectiſsimam humilitatis actionem eſſe, ita te reuerenter Deo ſubijcere; vt, prioribus humilitatis actionibus poſitis, etiam ſi nullo ſuperaddito, laus Dei par foret; ad maiorem tamen imitationem Chriſti, eligas potius cũ eo paupere, ſpreto, & illuſo, pauperiem, contemptum, & inſipientiæ titulum amplecti, quàm opes, honores, & ſapientiæ æſtimationem.

*S. Ignat.*

*S. Ignatius lib, exercit. in 3. grad. humil.*

1540 *n* Caueto ne te ſine virtute regendi munere dignum exiſtimes. Tuo enim malo experiere, quantum in Rectore virtutis regimen requirat. *Gregorius Paſtor.p.1.c.4.*

n *Ex Ariſt. 4.Eth.c.3.*

1541 Inordinatæ cognitionis actionem fugito tum ſenſitiuam, tum intellectiuam. Vana enim eſt, quatenus non refertur ad Deum, qui eſt ſummum verum, cuius cognitione felices ſumus. Abſtinendum ergo ab omni curioſitate, præſertim oculorum, & aurium. Vt ſis & ſecundum ſenſus, & ſecundum intellectum, modeſtus. *S.Ign.p.3.c.1.§.4.*

1542 In proſperis à nimia lætitia, in aduerſis ab immoderata triſtitia caueto. Ita enim magnanimo agendum eſt. *Ariſt.4. Eth.c.3.*

1543 Caueto ne tua ipſe laudes. Difficile enim ſecundum modeſtiá eſſe poteſt laus, quam profert os proprium. *S.Car.Bor. vit.l.8.c.16.*

1544 Oculos, aures, linguam, præcipuas ſenſuũ portas, ab omni inordinatione cuſtodito; teq; in pace, ac vera humilitate interna

o S. *Baſilius* na conſeruato: ô & eam in ſilen-
*reg. breu. q.* tio, cum tacendum eſt; cum au-
208. tem loquendum, in circumſpe-
ctione, & ædificatione verborum, & modeſtia vultus, ac maturitate inceſſus, motuumq; omnium, ſine vllo impatientiæ, aut ſuperbiæ ſigno exhibeto: omnes cogitatione, tanquam Dei imagines, agnoſcendo; & exterius honorem, ac reuerentiam, quam exigit cuiuſque ſtatus; cum ſimplicitate, & moderatione christiana exhibendo. Eſt enim hæc excellens quædam veræ modeſtiæ forma. S. I*gnat.par.3.c.1.§.4.* *vide PP. ſupra def.*1458.

1545 E cœtu eorum, è quibus *Eccleſiæ miniſtri*, Rectoreſve *aliorum ſunt eligendi*, expelli eos oportere, qui *ambitioſi eſſe*, vel inobedientes, vel nimium callidi, vel iudicij defectu, aut notabili in proprio ſenſu obduratione laborantes, fuerint deprehenſi. Nam turpe eſt hos miniſtros eſſe ſacrorum, & Rectores aliorum. Erunt etiam bono communi maximè noxij. S. I*gn.* *par.* 1. *c.*3. *&* *p.*2. *c.*2.

IN-

Digitized by Google

# PARADIGMA,

## *Siue Exemplar exercitationis academicæ.*

ACademiarum finis ; eruditio. Ad eruditionē hauriendam multa in Academijs exercitationum genera eſſe ſolent. illa præcipua: Prælectiones, Diſputationes, Concertationeſque ſcholaſticę, Scriptiones, tum abſolutę, tum problematicæ, Collationes. Pro his omnibus exercitationis materiam exhibet Opus noſtræ Introductionis: quam inuenies congregatam in Indice alphabetico ſub vocibus earum rerum, de quibus tibi agendum erit in Academia. Omnia autem, de quibus contingit agi in Academijs, Grammatica excepta, & eruditione linguarū; tum dialectica, tum rhetorica, tum phyſica, tū moralia, tum theo-

theologica, tum ſcripturalia, habentur, quantum ſatis eſt ad introductionem, in opere noſtro. Prælectionum modos legito in 3. Par. diſt. 3. c. 693. & ſeqq. Collationum varios methodos habes in 1. Par. noſtrarum Inſtructionum, *inſtruct.* 2. & in 3. Par. Introduct. in epilogo, qui erit procemiũ 1. Part. Nunc de vna ſcriptionis ratione, ac exercitatione agemus, & afferemus exemplum. Eſt autẽ ratio, ac methodus eadem, quæ ſupra allata eſt pro concionibus.

*Cum autem valde optabile ſit, vt Principes animum inducant ad inſtituendum Academias* Politicas de regiminis ratione, vt ſint illæ veluti Seminaria, vnde ſapientes Rectores, Magiſtratus, & Præſides ad regendum educantur. Ideo cæteris omiſſis, eſto Paradigma pro Politicis Academijs. Sumimus autem ad exercitationem vnum ex politicis præceptis, quæ habẽtur in hoc

opere

opere cap. 11. ſect. 2. de Iuſtitia politica: vbi habes congregatam omnem materiã pro Politicis Academijs. Sit ergo pręceptum definitionis 1199.

*Eſto Principis regimen reſpectu regni; quale animæ reſpectu corporis, quale Dei reſpectu mundi.* S. Th. de regim. Princ. l. 1. c. 12. & ſeqq.

DIſputent, ac diſſerant de hoc pręcepto ex Academicis, vnus, vel plures, quibus multis ante diebus Princeps iniunxerit. Diſputationis autem partes ſunto quatuor: Doctrina, Similitudo, Motus, Praxis. De omnibus partibus vel vnus Academicus in propoſitum præceptum diſputabit; vel ſinguli Academici de ſingulis partibus. quod videtur potius agendum, vt plures exerceantur. Omnem autem materiam poteris ex noſtra Inſtructione petere.



Digitized by Google

*Doctrina*. Aio menſuram eſſe debere notam, certam, & inuariabilem. Tale enim debet eſſe id, ex cuius cognitione, ad alterius cognitionem deuenitur. d.826. v. *Menſura*. Eſſe etiã debere ſimilem menſurato. Fit enim menſuratio per comparationem menſuræ ad menſuratum. Difficilis autem eſt comparatio eorum, quæ nõ habent ſimilitudinem inter ſe. d.828. Ex his colligo, non poſſe ſibi Principem meliorem ad ſuum regimen auſpicandum, ac dirigendum, menſuram proponere, quam imitetur, quàm regimen Dei reſpectu mundi, regimen animæ reſpectu corporis. Quid enim nobis magis notum, certumque, quã Mundus? quàm corpus noſtrum? At mundus quantus quantus eſt, regimen Dei eſt; corpus humanum, eſt regimẽ animæ intellectiuę, &c.

*Multa in hanc ſententiam dici poſſunt tum ex comparatione Mundi, & corporis humani*

mani

*mani cum Republica: tum ex eruditione, quam videre poteris apud Doctores, qui in noſtris definitionibus citantur, vt apud Ariſtotelem, S. Thomam, &c. Aduertenda porrò duo ſunt. 1. Tam ſententiam, quàm cæteras partes Diſputationis poſſe tũ latina lingua, tum materna, tũ linguis aliis, tum oratione ſoluta, tum vincta, verſibuſque ſcribi, ac pronunciari. 2. Poſſe Sententiam ab vno, vel pluribus Academicis problematicè diſputari: ut in propoſito themate, ac præcepto, poſſet eſſe problema, Vtrũ melius, commodiuſque ſit, Ad Dei regimen, an ad animæ regimen inſpicere. Sed caueto, ne quam problematis partem ad defendendum ſuſcipias, quæ doctrinam aut falſam, aut erroneam, aut actionem non rectam, turpemve doceat.*

*Similitudo.* Ita Pictores faciunt, qui optimas quaſque imagines ſiue viuas, ſiue depictas, proponunt ſibi expri-



Digitized by Google

mendas in operibus, quæ moliuntur. Et Architectorum eſt dogma: Ad cuiuſcunque fabricę ideam formandam, prototypum eſſe Corpus humanum. d.2776. Quin igitur ita Princeps agat? vt ad regiminis ideam formandam proponat ſibi Mundum regimen Dei: inſpiciat in corpus humanum, regimen animæ, &c.

*Ex omnibus naturalibus ſimilitudines depromi poſſunt. His plenus liber totus ſecundæ noſtræ Partis, plena diſtinctio octaua Partis tertiæ. Accipiẽdarum ſimilitudinum artem diximus in fine 3. Partis in Paradig. pro concione.*

*Motus.* O Principum inertiam deplorandam: o mentis pernicioſam cœcitatem. Præſtantiſſimam diuini regiminis lucem, quæ toto fulget mundo, non vident: domeſticum, intimumque, quod elucet in humano corpore, lumen gubernationis nolunt aduertere. Heu miſerũ te, factus ad imaginem

ginem

ginem Dei, diaboli regimen imitaris: ad politicas eas rationes te conuertis; quas docet impij, quas fingit, ac fabricatur amor amentiſſimus tui, &c.

*Dilatari poteſt, augerique animorum motus, interrogando, admirando, obiurgando, hortando; Proſopopœias, Contrapoſita, Apoſtrophes, aliaſq; figuras rhetoricas, quæ ad amplificandum valent, adhibendo.*

*Praxis.* 1. In cuiuſuis actionis politicæ principio, mentem ad Dei, ad animi regimen conuertito: & formam illam proponito ad imitandum. d. 3719. 2. Mane, cum primum ſurgis, intendito formam illam regiminis. can. 3720. 3. Veſpere ante ſomnum, examen eſto. Inquirito An eam formam in tuis politicis actionibus expreſſeris. d. 3721. vid. alias praxes d. 3776. & ſeqq. vel in hoc opere d. 198. & ſeqq.

*Habes pro omni actione praxes in hoc opere. eas auctori-*



Digitized by Google

*tate poteris confirmare ſacrõrum Canonum, et aliorum Doctorum, qui in quaque definitione citantur. Diligenter autem curandum eſt, ut quæ pro praxi afferuntur, deſcendant, quantum fieri poteſt, ad particularia; & ut executionem facilem habeant. Debent enim eſſe apta, quæ facilè ad opus veniant.*

IN-

Digitized by Google

# INDEX RERVM.

## Procœmium.

### *De huius Indicis methodo, ac vſu.*

HAbes, ſtudioſe Lector, in hoc opere omnia actionum humanarum præcepta, decem, ac tribus capitibus comprehenſa. Quorum capitum Index in principio libelli videri poteſt. Sed quia fieri non poteſt, quin eadem præcepta ad plures ex humanis actionibus ſpectent: noluimus ea pluries repetere pro pluralitate capitum, ad quæ attinebant: ne opus nimium excreſceret, neve ea repetitio legenti faſtidium pareret. Nunc in hoc Indice id agimus, vt quidquid ad quamque actionem humanam ſpectat, de quo in hoc opere mentio fit; ſub voce illius actionis ordine alphabetico colligamus. Eſtque ſub ſingulis vocibus ſua methodus ſecundum topicum artificium. Eſt autem artificium topicum, vt de ſingularum rerum ratione, cauſis, effectis, proprietatibus agatur. Colligimus ergo in hoc Indice ſub ſingulis vo-



Digitized by Google

cibus ſua cuiuſque humanæ actionis præcepta ſiue ad eius actionis rationem, ſiue cauſas, ſiue effectus, ſiue impedimenta, ſiue remedia, ſiue proprietates ſpectantia. Ex quo labore eæ vtilitates exiſtunt. Primum vt habeas ſimul collectum quidquid in varijs huius operis locis habetur, quod ad præcepta facit cuiuſque actionis. Deinde, vt ſi cupias non omnia actionum præcepta videre, ſed tantum ea, quæ vel ad earum, v.g. vel impedimenta, vel cauſas, vel effectus attinent: non ſit opus ad omnes citationes recurrere, ſed tantum ad eas, quæ ad ea præcepta ſpectant, quæ requiris. Quod ſi voluntas ſit de aliqua actione vel tractationem ſcribere, vel concionem habere: habes ſub ſingulis vocibus omnem eius actionis materiam methodo collectam. vt non ſit opus eam vel inuenire in alijs libris, vel inuentam diſponere. Et copioſiſsimam quidem materiam deprehendes, ſi libros legeris, quos ſub ſingulis definitionibus citamus.

Digitized by Google

# INDEX.

A

*Abdicatio temporalium*. Qualis.d.1493. Actiones.d.1055. Effectus. d.738.
*Abnegatio ſui*. v. Mortificatio.
*Abolitio*. Materia. d.525.
*Abominatio*. Cautio. d.1481.
*Abortus*. Fuga. def. 1195.
*Abrogatio*. Vſus. d. 523.
*Abſentia*. Effectus. d.288.
*Abſolutio iudicialis*. Cui. d.319.
*Abſtinentia*. Materia. d.1480.
*Abuſus*. Quid.d.696. Fuga. d.698.
*Academiæ*. Inſtituẽdæ. d.49. Pro ludimagiſtris.d.11. Pro concionatoribus.d.22. Pro Clericis. d.1254. Pro regimine. fol.421. Pro doctrina Chriſtiana.d.13. Modus. fol.421.
*Acceptio perſonæ*. Fugienda. d. 291. 457.760.
*Acceſſorium*. Vſus. d.372.
*Accuſatio*. Materia. d.311. A quo. d.310.321.326. 327.338.340. 365. In quem. d.316.321.322. 366.1303.1367. Actiones. d.252. Modus. d.323. 840.
*Acedia*. Remedia. d.646.
*Acoliti*. Officium. d.1004.
*Actiones morales*. Quid ſint.d.126. Quales. d. 144. Genera.proœm. n.5.6. Regula. d.426.503. Finis.

d.92.144. Materia. d.213. Cautiones. d. 187. Modus.d.676.

*Actio recta.* Quid ſit. d. 140. Modus. d.676. Proſecutio. d.1337. Adiumenta. d. 622. Effectus.d.639.

*Actor.* Actiones. d. 317.

*Actus legitimus.* Proprietates. d.652.

*Admiratio.* Vſus. d. 1408.

*Admonitiones.* Quæ. d.239. Cui dandæ: d.238. 240. 241. 542. Quando. d.242. Modus.d.244. Effectus.d.636. Vſus. d.775.850.1228. Cautiones. def. 1433.

*Admonitores.* Præcepta. d.535. & ſeqq. Vſus.d.219 534.1228.

*Adulatio.* Fugienda. d.818.836.1420.

*Aequalitas.* Effectus. def. 1322.

*Aequitas.* Actiones. d.280. 299. 383. v. *Epijcea.*

*Aequiuocatio.* Fugiẽda. d.8[illegible]8.

*Affabilitas.* Vſus. d. 820.

*Affectus*, *Affectio*. Effectus. procœ. n.2.

*Agenda.* Quid ſint. d.174.249. Quæ. d.634. 642. 726. Genera. d. 201. 578. A quo. d. 596. et ſeqq. 618. 654. 925. Modus. d.580. 594. 608. 676. Catalogus agẽdorũ. procœ. n.13. et d.201. & ſeqq. Regula. d. 686.713. Libri. d. 232. & ſeqq. v. *Executio.*

*Alienatio bonorum.* Fugiẽda. d.1271.

*Altare.* v. *Vaſa ſacra.*

*Alternatiua.* Ius. d. 331.

*Ambitio.* Effectus. d.442.613. Fuga. d.442.

Digitized by Google

d. 442. 613. Remedia.d.256.451.
*Amicitia.* Finis.d.854. Actiones. d.856. 857. Cauſę.d.823 836.843.848.849 851.863.864.867. & ſeqq. Proſecutio. d.437. Cautiones.d.853.858 Effectus. d. 437. 847. Impedimenta.d.825. & ſeqq. Remedia.d.859.
*Amicitia diuina.* Cauſæ:d.733.& ſeqq. 868. Proſequēda. d.128.730. & ſequēt.868. Actiones.d.741. Effectus.d.730. 747. Impedimenta. d. 731. Remedia.d. 741.& ſeqq.
*Amicitia in exteros.* Præcepta.d.898. & ſeqq. Actiones. d.898. Cauſæ. d. 901.& ſeqq. Impedimenta.d.899. & ſeqq. Effectus. d.898. Cautiones. d.903.904.
*Amicitia inter ciues.* Præcepta.d.865. & ſeqq. Proſecutio.d.865.et ſeqq. Cauſæ, d.867.& ſeqq. Effectus.d. 865. Impedimenta.d.866. & ſeqq.
*Amicitia inter ſodales.* Præcepta. d.798. & ſeqq. Finis. d. 854. Actiones.d. 812.& ſeqq.855. & ſeqq. Cauſæ. d. 779. 823. 836. 843.847.849.851 863.864. Cautiones.d.780.etſeqq. Officia. d. 815. 817. 848. 861. Vſus. d.219.798. 808.
*Amicitia Superioris in ſubditos.* Pręcepta. d.748. & ſeqq. Signa. d. 751. & ſeqq. Cauſæ. d. 751. & ſeqq.763. 765. 772. 776. & ſeqq. Impedimēta.d.758. & ſeqq. 782. Remedia.d. 771.

Ami-

*Amicitia ſubditorum cum Superiore*. Præcepta. d.783. & ſeqq. Motiuum. d.784. Actiones. d.783. Cauſæ. d. 784. & ſeqq. 793. 795. 797. Impedimenta. d.790. & ſeqq. Remedia. d.796.

*Amor*. Cauſæ. d.763. 786. 841. 851. 832 Motiua. d. 751. & ſeqq. 763. 779. Subiectũ. d. 755. Cautiones. d.1412 1466. Effectus. 437 490. 560. 561. 574 748. 750. 763. 772 In quem. d. 1287. 1289. 1355. 1361.

*Amor in Deum*. Quid. d. 162. Quantus. d.88. 930. Qualis. d.89. & ſeqq. Cauſæ. d.644. Adiumenta. d.92. 94. 96. 104. 106. 108. & ſeqq. Impedimenta. proœ. n.2. d.113. et ſequent. 124. Actiones. d. 93. & ſeqq. 929. Effectus. d. 148. 153. 162. 411. 641 643. d.732. 747.

*Amor in homines*. Proſequendus. d. 99. 102. 120. 121. Regula. d. 100. 101 Ordo. d. 103. Adiumenta. d. 105. Actiones. d. 122. Effectus. d. 737. Subiectum. d. 755.

*Amor proprius*. Modus. d. 124. Effectus. d. 124. 182.

*Angeli*. Inuocandi. d. 633.

*Annona*. Procuranda. d. 779. 1236.

*Anxietas*, v. *Curæ anxiæ*.

*Appellatio ad Superiorem*. Vſus. d. 526.

*Appetitus*. Regula. d. 1458.

*Arbiter*. Qualis. d. 369.

*Ardua*. Proſecutio. d. 1402. & ſeqq.

*Argumentum*. Quando. d. 659.

*Arro-*

Digitized by Google

*Arrogantia*. Fugienda.d.862.
*Artes*. Proſecutio. d.867.1335. Adiumenta. d.226.
*Attentio*. Modus, & effectus.d.165.
*Auaritia*. Fuga. d. 612. 766. 1497. 1503. & ſequent. v. *Cupiditas*.
*Auctor*. Quis. d.654.
*Auctoritas*. Quæ. d. 381.
*Audacia*. Modus. d. 616.
*Auditor verbi*. Qualis. d.36.37.
*Auſteritas*. Fuga. d. 803.804.806.
*Auxilia diuina*. Vſus. d.927.928.
*Auxilia externa*. A quibus. d.716. 717.718.886.
*Auxiliū animarum*. Proſecutio.d.609 Impedimenta. d. 610.612.613. Adiumenta. d.611. 614.

B

*Baptiſmus*. Miniſter. d. 1100. 1107. Suſcipientes. d. 1104. & ſeqq. 1109. Proſecutio. d.1099. 1105. Neceſſitas. d.1098. Diſpoſitio.d.1103. Effectus. d.742.1096. Ritus. d.1101.
*Beatitudo*. v. *Felicitas*.
*Bellum*. Fuga.d.900. 1234. Quādo proſequendū. d.136. 904. Præparatio. d. 746. Tempus. d.982. v. *Res bellica*.
*Benedictio*. Vſus. d. 1478.
*Beneficia*. Effectus. d.752.771. Proſecutio. d. 1457. 1507.1508.
*Beneficia diuina*. Cōmemorāda.d.104. 108.111. Effectus. d.112.
*Beneficium eccleſiaſticum*. Pluralitas. d.1268.1295. Cui con-

Digitized by Google

conferendũ.d.53. 1034.1042. Modus conferendi. d. 1043.
*Beneficiũ Principum*. Proſecutio.d.1501 1502. Effectus.d. 752.
*Bene viuere*. Quid. d.127.
*Beneuolentia*. Effectus.d.779.
*Benignitas*. Actiones. d.772. Effectus. d.752.& ſequent. 765. Cautiones. d. 892.
*Blaſphemia*. Quid. d.954.
*Bona eccleſiaſtica*. Procuratio. d.1037. Vſus.d.1041.
*Bona fides*. Quæ. d. 377. 378. Effectus. d.1395.
*Bona opera*. v. *Opera bona*.
*Bona temporalia*. Abdicatio. d. 1055. 1401. Qualia. d. 1910. Effectus. Procœ.n.2. Vſus. d.1270.& ſeqq.
*Bonum commune*. Quomodo intendendum. d. 135. 136. 1244. 1316. Impedimenta. d. 1204.1271. & ſequentib. Cauſæ: d.748. Proſecutio. d. 767.963. 1200,1203.1292 & ſeqq.
*Bonum proprium*. Quomodo intendendum. d. 135.

C

*Calumnia*. Pœna.d.318.336.
*Canones*. Studium. d.60.83. Vſus. d. 468.
*Caſtitas*. Proſecutio, d.1078.1429.1470 Effectus. d. 1046: 1078.
*Caſus cõſcientiæ*. Proſecutio. d. 67.
*Catalogus*. Vſus. procœm. n.13. & d.198.200. & ſequẽtib. 541.1066
*Caualleria*. Leges. d.874.
*Cauſa*. Dicenda. d.341.

d. 341. 342.
*Cautio.* Quid. d. 181. Quæ cauenda. d. 145. 156. 158. 167. 172. 182. 243. 246. 247. 261. & ſeqq. 536. & ſeqq. 570. 579. 583. 588. 598. & ſeqq. 612. 613. 623. 645. 677. 719. 725. 769. 773. 811. 1360. Vſus. d. 181. Modus. def. 183. 615.
*Cenſura eccleſiaſtica*: Effectus. d. 1021.
*Cenſus*. Cautiones. d. 1271. & ſeqq. Vſus. d. 1283.
*Certitudo*. In agendo. d. 623.
*Character*. Cautio. d. 1093.
*Charitas*. v. *Amor in Deum, in homines, Amicitia diuina.*
*Chriſtus*. Oblatio. d. 736. Cultus. d. 106. 107. 688.
*Cibus*. v. *Temperantia*.
*Circumſtãtia*. Quot. d. 176. Conſiderãdæ. d. 176. 351.
*Ciuis*. Officia in patriã. d. 1232. Qualis. d. 1321. Diſpoſitio. d. 1336. & ſeqq.
*Clementia*. Effectus. d. 778.
*Clerici, Clerus*. Qualis. d. 1343. Priuilegia. d. 353. Officia. d. 64. 999. & ſeqq. Studia. d. 64. 65. 82. 83. Congregationes. d. 78. 1045. Occupationes. d. 1038. Cauenda. d. 82. 1036. 1039. 1042. 1044. 1046. 1518. 1519. 1520. Electio. d. 483. 484. Actiones. d. 1516. Habitus. def. 1008. 1521. Vita. d. 1060.
*Cœnobia*. Vſus. d. 997. 1071. 1072. Cautiones. d. 897. v. *Regulares*.
*Cogitatio*. Materia. d. 841. Proſecutio. d. 1427. Fuga. d. 673. 789. 841. 1462.

Ce-

*Cognatio ſpiritualis*. Effectus. d.1164.
*Cognitio Dei*. Quid ſit. d. 140. 162. Cauſæ. proœm. n.2. & d. 46. 47. 57. Effectus.d.661 Proſecutio, & Modus accipiendi, & tradendi cognitionem Dei. c. 1.per totum. & d.726.1349.
*Collatio*. Modus.d.67 Materia. proœm. n.12. & d.11. 16. 67.452. Effectus. d.154.586. Vſus. proœm. n.12. & d. 11. 16. 67. 78. 452.550.586.
*Colloquia de diuinis*. Materia. d. 111. Effectus. d. 111. 155.171.727.849 Modus.d.849.
*Colloquia familiaria*. Materia. d.44.171 849. Effectus. d. 1421.
*Colluſio*. Effectus. d.384.
*Commercium*. Vitandum. d.5.903. Proſequendum. d.902.
*Commodum*. Proſecutio. def. 1311. 1352. Modus. d. 1335. Vſus.d.619.
*Compaſſio*. Actiones. d.763.
*Conceſſiones*. Vſus. d.371.
*Concilia*. Materia. d.223.224. Vſus. d.223.
*Concio*. v. *Prædicatio ſacra*.
*Concionator*. Qualis. d.18.19. Cautiones. d.662.
*Concordia*. Actiones. d.230.
*Concupiſcentia*. Fugienda. d. 853. Effectus. proœm. n.7. Remedia. d. 1046.
*Condemnatio*. Modus.d.287.840.
*Conditiones appoſitæ*. Vſus. d.364.652.
*Confeſſio*. Actiones. d.334.
*Cõfeſſio Fidei*. Actiones.

nes. d. 920.
*Confeſſio ſacramentalis*. Quando. d. 1112. Materia. d. 1125. Vſus. def. 1137. Effectus. d. 743. 1136. Confeſs. gene. d. 1136. v. *Pœnit. Sacr.*
*Confirmationis Sacramentum*. Miniſter. d. 1111. Vſus. d. 1110.
*Congregationes*: Inſtituendæ. d. 78. 212. Conſeruandi modus. d. 215. 221. Pro propaganda Fide. d. 72. 223. Regula. d. 699.
*Coniectura*. Vſus. d. 179.
*Coniuges*. Ius inter ipſos. d. 1353. & ſeqq. Officia. d. 1355. & ſequent. 1365.
*Conſanguinitas*. Cautiones. d. 443. 995. 1061. 1277. 1492
*Conſcientia*. Quibus aperienda. d. 220.
*Conſecratio*. Quorũ. d. 983. Ritus. d. 992.
*Conſenſus*. Actiones. d. 435. Vſus. d. 230.
*Conſideratio*. Materia. d. 175. et ſeqq. 540. 1075. Vſus. d. 214. 945. 1064. 1074. 1466. 1467. 1529. & ſeqq.
*Conſiliarij*. Quales. d. 211. 235. Vſus. d. 208. & ſequẽt. 215. 219. 773. Adiuncta, & modus. d. 228. & ſeqq.
*Conſilium*. Quale. d. 193. 246. 247. 250. Audiendum. d. 1228. Petendũ. d. 189. 190. 212. 219. 220. 795. 886. 1374. Materia. d. 249. Cautiones. d. 243. 1433. Modus. d. 244. Effectus. d. 360.
*Conſolatio*. Effectus. d. 428.
*Conſortium*. v. *Conuentus*, *Societas*, *Colloquia*.

Con-

*Conſtantia*. Proſecutio. d. 434. 480. 630. 1069. 1429. 1430. 1437.
*Conſuetudo*. Quid. d. 696. Effectus. d. 283. 700. Proſecutio. d. 696. 697. 1475.
*Conſultatio*. Modus, & diligentia. d. 175. & ſeqq. 214. Cautiones. d. 186. 193. Actiones. d. 189. Materia. d. 210. 249.
*Contemplatio*. Quid ſit. procœ. n. 4. 6. & d. 146. 854. Finis. procœ. n. 1. & d. 966. Materia, & obiectũ. procœ. n. 1. & d. 146. 157. 159 Subiectum. d. 150 151. Cauſæ. procœ. n. 2. 7. & d. 153. & ſeq. Modus. d. 147 165. Locus. d. 152 Tempus. d. 148. & ſequẽtib. 166. Vſus. d. 109. 146. 488. & ſeqq. 173. 966. 1344. Impedimenta. d. 154. 156. 158. 165. 167. 170. 172. Remedia. d. 154. 163. 164. 168. Effectus. d. 740. 1419. 1471.
*Contemptus*. Fuga. d. 276. 895. Remedia. d. 859.
*Contentio*. Fugienda. d. 822. 827. 830. Cauſæ. d. 830.
*Contractus*. Leges. d. 1376. & ſeqq. Cum quibus. d. 1380. & ſeqq.
*Contritio*. Effectus. d. 743.
*Contumacia*. Pœna. d. 298.
*Contumelia*. Fugienda. d. 758.
*Conuentus*, *Cõgreſſus*. Qualis. def. 820. Proſecutio. def. 675. Fuga. d. 579. 808. 810. 1448. v. *Societas*.
*Conuictus*. Plectendus. d. 305.
*Corporis membra*. Vſus. d. 713.
*Corporis vires*. Cura. def.

def.1482.1485.& ſeqq.
*Correctio*. Proſecutio. d.1260. Materia. d.312.313. 358.391.403.404. 525.548.620.Modus.d.1455.Finis. d.709.
*Correctio fraterna*. Qualis.def. 248. Modus. def.123. Vſus. d.122.312.
*Creaturæ*. Vſus.d.47
*Credulitas*. Modus. d.184.838. Cautiones.d.251.
*Crudelitas*. Actiones. d.774.
*Culpa*. Quæ.d.553. Fuga. d.552.
*Cultus diuinus*. Qui. d. 947.948. Regula.d.947. Proſecutio. def.133. 931.&ſeqq.1211 1253.1256.Actiones. d.932. & ſequentib. Modus. def. 935. & ſeqq. 965.970.972.Locus. d.969.
*Cupiditas*. Fuga. d. 1506.1515. Damna. d.116.117.156 766.869. 1298. Remedia. d. 621. 727. 1046. 1056. 1217. 1247.1281. 1297.1298.1323. 1461.1463.1466. 1471. V. *Paſsio*.
*Cura*. Fuga. d.54. 191.555. Proſecutio. d.556.1486
*Cura animarum*. Cui committenda. d. 1028.V.*Epiſcopus*. *Miniſtri*.
*Curæ anxiæ*. Fuga: d. 1485. Damna. d. 115. 158. 217. 631. Actiones. d. 409.
*Curæ temporales*. Fuga. def.556.996. 997. 1513. Effectus. d. 443. Remedia. d.661.
*Curioſitas*. Fuga. d. 36. 197.253.585. 951.& ſeqq.1541. Effectus. def.36. 253.585.



Digitized by Google

D

*Damnum*. Leges. d. 1389. & ſeqq. Fuga. d. 917.
*Debitor*. Actiones. d.331.
*Debitum*. Reddendum. d.1353.
*Decimæ*. Exhibendæ. d.933.
*Declamatio*. Vſus.d. 452.
*Defenſio*. Concedenda. deſ.297.324. 325.341.342. Negāda.d.352. Effectus. d.334.
*Deipara*. Colenda. d.971.
*Delatio*. Vſus.d.1304
*Delectatio*. Vſus. d. 625. Modus. d. 135.1459. Damna.714. Remedia. d. 1466. & ſeqq. 1484. Effectus.d. 1468. v. *Voluptas*.
*Delegatus*. Poteſtas. d.515.
*Deliberatio*. Vſus,& actiones. d.175. & ſeqq. Præparatio. d. 193. 245. Cautiones.d.193. & ſeqq.
*Deliciæ*. Abſtinendū. d.1308.1488.
*Denunciatio*. Vſus. d.1304.
*Depoſitio*. Cauſæ. d. 1026. Vſus. deſ. 1035.1294. Cautiones.d.1317.
*Deſiderium*. Circa quæ. deſ.92.93. 1465.
*Deſolatio animi*. Remedia. d.195.
*Deſperatio*. Fugienda.d.926.
*Detractio*. Cauſæ. d. 826. Actiones. d. 471. 834. Fuga. d.789.832.
*Deuotio*. Quid.d.957 Cauſæ. deſ.958. Cautiones.d.938 939. Actiones. d. 958.
*Deus*. Quid ſit. d. 1. 88. 92. 726. Auctoritas. d. 921. Proſequendus. d. 128.& ſeqq. 569. Colendus. d. 918. &

Digitized by Google

& ſeqq. Orandus. v. *Oratio*.
*Diaconus*. Officium. d. 1001.
*Difficultas*. Effectus. d. 421.
*Dignitates*. Quibus conferendæ. def. 1034. 1290.
*Dignus*. Quis. d. 460. 461. 1034. Vſus. d. 1293.
*Diligentia*. Motiua. d. 637. 678. Proſecutio. def. 399. 530. 531. 581. Modus. d. 615.
*Diſciplinæ*. Proſecutio. d. 1336. & ſequentibus.
*Diſcordia*. Cauſæ. d. 866. 869. 1323. Effectus. d. 865. 1323. Cautiones. d. 835. 856. 857. 882. Remedia. d. 877.
*Diſcretio*. Proſecutio. d. 624.
*Diſpenſatio*. Vſus. d. 524. 704. 705.
*Diſſimulatio*. Vſus. d. 665. 666. 831. 884
*Diuinatio*. Actiones. d. 951. & ſeqq.
*Diuitiæ*. Proſecutio. d. 1212. Conſeruatio. def. 1241. Vſus. d. 1212.
*Docilitas*. Actiones. d. 236. 237. 276. 775. 1227. Effectus. d. 446.
*Doctrina*. Cauſæ. proœm. n. 2. Proſecutio. d. 46. 634. Doctrina practica. proœm. n. 9.
*Doctrina Chriſtiana*. Vbi docenda. d. 12. Modus. d. 13.
*Doctrina ſacra*. Conſeruãda. d. 1210. v. *Fides Chriſtiana*.
*Dolor*. Cauſæ. d. 763.
*Dolus*. Quid. d. 296. Cui. d. 913. Effectus. d. 304. 360. 818. 912. Fuga. d. 391. 705.
*Dona*. Quæ. d. 800. 812. Vſus. d. 887. Fuga. def. 1499. 1500.
*Dubium*. Fuga. 719. Quid agẽdum in

re

re dubia. d. 281. 282.290.361.382 426. Cautiones. d.258. Remedia. d.719.

*Duellum*. Leges. d. 874.Pœna.d.872

E

*Eccleſia*. Quid: d.922.Auctoritas. d.330. 379. 394. 922. Poteſtas.d.1379.Conſeruanda. d.223.

*Edicta*. Vſus.d.545.

*Electio*. Quid.d.395. Materia. d. 400. 401.418.& ſeqq. 429.432.437.807 Finis. def. 400. Regula. d. 396. A quo. d.331.425 427.454. Præcepta. d.399.403. 438.455. Actiones. d.395.425. 455. Tempus. d. 428.430.& ſeqq. 457. Præparatio. d. 204. 397. 410. 411.417.426.431 432. Cautiones. d. 398. 402. 405. & ſeqq.412.413. 425.434. Modus. d. 414. & ſeqq. Proprietates. d. 433. Remedia.d. 404. 458.

*Electio ad regimen*. Præcepta. d.439. & ſeqq. 468.474. 480.481.Quis eligendus. d.439.& ſeqq.484.A quo. d.450. & ſequét. 476.879.Cautiones. d.466.467. 470.& ſeqq.Præparatio. d.450.& ſequét.475. Modus. d.454. & ſequentib. 476. & ſeqq. Adiumenta.d.450.& ſeqq. 469. v. *Informatio*.

*Electus*. Qualis. d. 456.457.459. & ſeqq.483.

*Epijceia*. Quid ſit.d. 707. Vſus.d.706. 707. v. *Aequitas*.

*Epiſcopus*. Quid. d. 960. 999. 1044. Qualis. def. 449.

459.

459. 1416. 1025. 1044. Munus. d. 459.606.607.999 1206.1253.1264. 1265. 1266. 1375. Doctrina.d.1016. Curæ. d. 16.70. 84. 1211. 1230. 1254.1261. 1262 Priuilegia.d.328. Eccleſia. d.1295. & ſequēt. Actiones. d.607.1374. Cultus. def.960. 1267. Ætas. d. 1024. Depoſitio. d.1026. Poteſtas. def. 1111. 1295. 1299. Obligationes. d. 1263. & ſeqq. v. *Princeps.*

*Epiſtola*. Vſus. def. 864.

*Error*. Fuga. 39. Cauſæ. d.938. Cautiones. def. 258. 273.426.

*Ethica*. Quid ſit. procem.n.4.

*Eucbariſtia*. Quid. def. 1115. 1118. Miniſter. d.1114. 1116. Suſcipientes.d.1115.1117. 1121.1123.1124. Diſpoſitio.d.1112 1117.1124, Frequētanda.d.1018 1113.1118. Effectus.d.1115.1118 Reuerentia. def. 1112. 1119. Ritus.d.1120. Communio ſpiritualis. d.1121.

*Examen actionum*. Vſus. d.187.198. & ſeqq.566.1532

*Examen conſcientiæ*. Vſus. d.430.1532 Materia. procem. nu.13. & d. 143. 198.540.

*Examen pro approbandis*. Materia. d.204. Vſus. def. 483. 1028. 1066.

*Examinator*. Qualis. d. 192. De quibus. d.204.

*Exceptio*. A quo. d. 332. Effectus. d. 334.701. Fuga. d.701.702.

*Excommunicatio*. Effectus. d. 368.



Digitized by Google

*Excuſatio*. Fuga. d. 687. v. *Purgatio iudicialis*.
*Executio*. Quid. d. 528. Præcepta. c. 9. per totum. Modus. d. 563. & ſequentib. 573. & ſeqq. 604. 615. 616. 676. 677. & ſeqq. Motiua. def. 559. 560. 561. 584. Proſequenda. d. 213. 527. & ſeqq. 637. A quibus. d. 559. 596. & ſeqq. 606. 618. 628. 710 & ſeqq. Proprietates. d. 530. 563. Impedimenta. d. 421. 555. 567. 570 571. 579. 583. 585 588. 600. 601. 617 619. 631. 640. 645 714. 715. 725. Adiumenta, & remedia. d. 532. & ſequentib. 540. & ſeqq. 568. 586. 589. 620. 635. & ſeqq. 643. et ſeqq. 716. & ſeqq. Materia, v. *Opera*. v. *Actiones morales*. & d. 535. 572. 582 598. & ſeqq. 642. 726.
*Exempla maiorum*. Vſus. d. 176.
*Exemplum*. A quò. def. 1263. 1473. Cautiones. def. 1526. Vſus. d. 490 559. 584. 588. 589 628. 674. 882. 1416 1450.
*Exemptio*. Fuga. d. 1285.
*Exercitatio corporalis*. Vſus. d. 169.
*Exercitatio pro muneribus*. Vſus. d. 568.
*Exercitia ſpiritualia*. Quid. def. 729. Vſus. d. 24. 191. 540. Effectus. d. 24. 729. Cautiones. d. 939.
*Exhortatio*. Vſus. d. 668.
*Exorciſtæ*. Officium. d. 1005.
*Experientia*. Vſus. d. 185. 186. 492. 497
*Expoliatus*. Quod ius habeat. d. 316.



Digitized by Google

*Extremæ-vnct. Sacr.* Vſus. def. 1142. Effectus. d. 1144. Subiectũ. d. 1143. 1145. 1146.

F

*Facilitas*. Actiones. d. 822. 846. Effectus. d. 421.

*Falſitas*. Fugienda. def. 943. & ſeqq. 1224.

*Familia*. Regimen. d. 1345. & ſeqq. Cautiones. d. 1346 1348.

*Familiaritas*. Cum quibus. def. 809. 810. Vſus. d. 755. 800. Cautiones. d. 801. 808. 813.

*Familiaritas cũ Deo*: v. *Præſentia Dei*.

*Faſta Eccleſiæ*: v. *Feſti dies*.

*Fauor*. Effectus. d. 292.

*Felicitas*. Quæ. d. 132. 138. 140. 146. Adiumenta. def. 437.

*Felicitas æterna*. Quid. d. 747. Cauſæ. def. 747.

*Feſti dies*. Seruandi. d. 978. Colendi. d. 982.

*Fideiuſſores*. Vſus. d. 876.

*Fides, Fidelitas*. A quo. def. 657. Cui. d. 1259.

*Fides Chriſtiana*. Præſtantia. d. 3. Proſequenda. d. 918. & ſeqq. Docenda. d. 3. 1210. Profitenda. d. 6. 920. Tuenda. d. 40. & ſeqq. Cautiones. d. 4. 43. 56. 76. 903. Adiumẽta. d. 69. 70. 73. 223. Proprietates. d. 918. 1328. Effectus. d. 1327.

*Filij*. Alendi. def. 1351. 1368. Inſtituendi. d. 1360. 1373. Officia in parentes. d. 1361. & ſeqq. Cautiones. d. 1366. 1372.

*Finis*. Quid ſit. proœ. n. 8. & d. 1. 126. Quotuplex.



Digitized by Google

proœ.n.8. Quis. d. 1.88. 92. 127. 128. & ſequētib. 400. Proſecutio. proœ.n.1.& d.1. 489.
*Fœdus*. Seruandum. d.905.
*Formulæ*. Vſus.d.80.
*Fornicatio*. Effectus. d.1196.
*Fortiter, & ſuauiter*. Agendi modus.d. 563.1456.
*Fortitudo*. Actiones. def.1400. & ſequētibus. Effectus. proœm.n.7. Finis. def. 1432. Media.d.1412.& ſeqq. Cautiones. d.1420.
*Fuga*. Abſtinendum. d.1306.
*Fraus*. v.*Dolus*.

G

*GEnus, et ſpecies*. Vſus. d. 293.
*Geſtus*. Modus. def. 1411.1528.
*Gloria Dei*. Quid ſit. d.97.726. Proſecutio. d. 97. 128. 726.735.
*Gradus artium*. Vſus. d.52.53.
*Gratia diuina*. Proſequenda. d.128. 632.926.Conſeruanda. def.1108. Efficacitas. def. 1436.
*Gratiæ*. Vſus.d.627. 656. Effectus. d. 320.
*Gratiarum actio*. Cui. d.967. Vſus. def. 1479.
*Gratificatio*. Actiones. d.846. & ſeqq.
*Gratitudo*. Actiones. d.890.967. Effectus. d.852.
*Grauitas*. *Grauamen*. Modus. def.664. 822. 1320. 1411.
*Gubernatio*. v. *Regimen*.
*Gymnaſia*. Inſtituenda,d.49. Exſtruēda. d.1208.

H

*HIerarchia eccleſiaſtica*. Ordo. d. 999. & ſeqq.

Ca-

Caput. def. 991. Munera.d.999.& ſeqq. Miniſtri. d. 993. & ſequētib. v. *Miniſtri.*
*Homicidium.* Actiones.d. 1195.1369. 1370.1398.1399.
*Homo.* Finis. proœ. n.1. Quid.d.737.
*Honeſtum.* Quid ſit. proœ.n.4. Quod ſit.d.405.& ſeqq. Effectus. d. 1461. Proſecutio.d.424 673.823.854.1410 1422.1449.
*Honor.* Cui.d.1220. 1534.Vſus.d.619 893.1325.
*Hoſpitalitas.* Exhibēda.d.907.
*Humilitas.* Cauſæ.d. 1528.et ſequētib. Actiones. d. 863. 1535.et ſequētib. Modus. d. 1533.
*Hypocriſis.* v. *Simulatio.*

I

*IActantia.* Fugienda. d.825.
*Idololatria.* Fugienda.d.950.
*Ieſus Chriſtus.* v. *Chriſtus.* *Imitatio Chriſti.*
*Ignominia.* Cui. d. 872.873.
*Ignorantia.* Excuſat. d.386.388. Fuga. d.605.
*Illuſio.* Cauſæ.d.172. 405.& ſeqq.938. Effectus. d. 645. Cautiones. d.939
*Imaginatio.* Fuga. d. 672.
*Imagines ſacræ.* Cultus.d.973. Vſus. d.7.164.Effectus. d.164.
*Imitatio.* Quæ imitanda.d.811.
*Imitatio Chriſti Ieſu.* Proſecutio.d.634 1472.1523.1539. Actiones. d. 106. 622.
*Imitatio Dei.* Proſequenda.d.98.121 128. 1452. 1494. Effectus. d.734.
*Immodeſtia.* Genera. d.828.
*Immunitas eccleſiaſtica.* Tuenda.d.985. 1255.



Digitized by Google

1255.1256.
*Impatientia*. Remedia.d.1439. & ſequentib. Damna. d.777.829.1437.
*Impedimentum iuris*. Quod. d.653.
*Imperium*. Quid ſit. procem.n.9. & d. 485. A quò.d.511 513. 515. 679. Quibus. def. 497. 504.510.511. Effectus. procem.n.9. Præcepta. d. 486. 494. & ſeqq. 507. 523. Regula. def. 492.516.517. Modus. d.487. & ſequentib. 505.522. Materia.d.491. & ſeqq.501.518.519 Vſus. d.485. 503. 505. Tempus. d. 494.495. Cautiones. d. 486.523. v. *Leges*.
*Impietas*. Actiones. d.915.
*Improbatio*. Fuga. d. 720.
*Impugnatio*. Effectus. d.314.
*Imputatio*. Cui.d.651.
*Inclinatio*. v. *Propenſio*.
*Inconſtantia*. Fuga. d.434.1430.
*Incontinentia*. Fuga. d.1490.
*Increpatio*. Vſus. d. 607.
*Indifferentia*. Materia. d.697. Vſus. d. 193. 410. 470. 690.1538.
*Indiſcretio*. Cauenda. d.172.938.
*Inducia*. Cui concedendæ. d.324.
*Infamia*. In quem. d.318. Effectus.d. 322.326.1290.
*Infideles*. Vitandi. d. 5.908. Plectendi. d.40.41. Iuuandi. d. 79. 1099. Debellandi. def. 136. 908.
*Informatio*. Pro electione. d.451.453. 469. Qualis.d.470 Tempus .. d. 472. Modus. d.473.
*Ingratitudo*. Fugienda. d.852.

Ini-

Digitized by Google

*Inimicitia*. Cauſæ. d. 870.880.894. Effectus. d. 327.798. Remedia. d.875. & ſeqq.

*Inimicus*. Diligēdus. d.102.1457.

*Iniuria*. Cui. d.913. Cauſę.d.912. Effectus. procem.n.7. & d.870. Fuga.d. 392.883.891.899. 1216.1224.1226. Remedia. d. 842. 884.

*Iniuria diuina*. v. *Offenſa Dei*.

*Iniuſtitia*. Fuga.d.760 1334. Effectus. d. 357.

*Innocentia*. Effectus. d.295.

*Inobedientia*. Fugienda.d.598. Punienda.d.356.1300.

*Inquiſitio*. Cauenda. d.197.1447. Proſequenda. d. 174. 215.309.451.469 666. Modus, & actiones.d.175. & ſeqq. per totum. & d.451.

*Inquiſitor*. Qualis. d.192.451.

*Inſpectores*. Vſus. d. 206.207.

*Inſtitutum*. v. *Leges*.

*Inſtructio danda*. Ludimagiſtris. d.10. 11. Inexpertis. d. 498. Concionatoribus. def. 16. 22. Profeſſoribus artium.d.55.66. Clericis.d.65.& ſeqq. Opificibus. d.226 Rectoribus.d.444 450. Pro Miſſionibus.d.75. Pro docenda Doctrina Chriſtiana. d.13. Pro agēdis.d.499. 504.542.603. Modus.d.500.558.

*Inſtructor*, *Officium*. Actiones. d.453. 603.

*Inſtrumenta contractuum*. Auctoritas. d.344.

*Intentio*. Quid intendendum. d.135.

*Intentio recta*. Quid ſit. d. 126. Proſequenda. d.126. & ſeqq.

V 4

Digitized by Google

ſeqq. 141. 143. 245 Materia, ſeu obiecta. 126. & ſeqq. 142. 143. & ſeqq. Effectus. d. 126. 141. Impedimenta. d. 137.
*Interpretatio legis*. Vſus. d. 315. 383. 390.
*Inuidia*. Cauſæ. d. 894. Damna. def. 263. 826.
*Inuitum*. Fuga. def. 1385. 1507.
*Inutile*. Effectus. d. 302.
*Ira*. Cauſæ. d. 895. Remedia. d. 858. 859. 441. et ſeqq. Cautiones. d. 1438
*Ironia*. Fugienda. d. 818.
*Irregularitas*. Genera. d. 1019. 1020.
*Irreligioſitas*. Fugienda. d. 984.
*Irreuerentia*. Fugienda. d. 935. & ſeqq. 979. & ſeqq.
*Iucunditas*. v. *Voluptas*.
*Iudex*. Qualis. def. 277. 327. 335. 355 Quis. d. 393. 394. v. *Iudicium*.
*Iudicium*, *actio Iudicis*, & *moralis*. In quos. d. 300. 305. 316. 328. 353. 354 379. A quo. d. 256 271. 274. 276. 279 329. 330. 333. 335 340. 345. 368. 393 394. 1040. Regula. d. 259. 260. 264. 277. 278. & ſeqq. 306. 344. 350. 375. 376. 426. Diſpoſitio. def. 257. 270. 309. Correctio. d. 358. 385. Motiua. d. 255. Modus. d. 307. 351. Adiumẽta. d. 254. Tempus. d. 367. 878. Cautiones. d. 258. 261. & ſeqq. 359. 840. 878. 1334.
*Iudiciũ temerarium*. Fugiendum. d. 251. 268. 269.
*Iuramentũ*. Effectus. d. 319. Vſus. d. 453 477. 479. 943. & ſeqq.

Iu-

*Iuriſdictio*. In quo. d.515.1255.1256. 1299. Proſecutio. d.883.

*Iuriſprudentia*. Vſus: d.82.

*Ius*. In quem. d.300. Æqualitas. d.299. Effectus. d. 346. Proſecutio. d.885 909. & ſeqq. 985. 1226.

*Ius canonicum*. Methodus, & modus ſtudendi. Procem. n.11.

*Ius ciuile*. v. *Iuriſprudentia*.

*Ius decentiæ*. Proſecutio. d.885.

*Ius naturale*. Seruandum. d.911.

*Iuſtificatio*. Cauſæ. d.1088.

*Iuſtitia*. Regula. d. 914. Actiones. d. 549.909. & ſeqq. Effectus. Procem. n.7. Impedimenta. d.1506. Vſus. d.909.

*Iuſtitia politica*. Actiones. c.11. ſect.2. per totum à d.1199.

L

*Labor*. Vſus. d. 167.

*Lætitia*. Vſus. d.125. 816.1542.

*Laus*. Quid. d.968. Vſus. d.836.1314 1543.

*Laus Dei*. Quid. d. 968.

*Lectio*. Prælegendi modus. d.55.57. Ad menſam. def. 1477.

*Lectio librorum ſpiritualium*. Vſus. d. 25.232.605. Materia. Procem. n.13. & def.541. 545.605. Effectus. d.155.161.661.

*Lectores*. v. *Profeſſores*.

*Lectorum ordo*. Officium. d.1006.

*Legatio*. Vſus. d.906.

*Leges*. Quid. d.503. 594. Quales. def. 507. & ſeqq. 700. Obligatio. 387. 591.592.700.946 1109.1376. & ſeqq.



Digitized by Google

ſeqq. Finis. d. 506. Vſus. d. 259. 277. 278. 344. 468. 503 505. 590. 704. 874 879. 1068. Diligentiæ pro condendis. d. 221. 505 870. 1340. Diligentiæ pro obſeruãtia. d. 215. 216. 221. 545. 546. & ſequent. 586. 910. 1108. 1221. 1231. Interpretatio. v. *Interpretatio*. v. *Imperium*.

*Liberalitas* Proſecutio. def. 1491. & ſeqq. Materia. d. 1912. Regula. d. 1494. Adiumenta. d. 1910. & ſeqq. Proprietates. def. 1495. Modus. d. 1498. 1509. Cautiones. d. 1505. & ſeqq.

*Libri*. Delectus. d. 29. 32. 62. 234. Impreſſio. d. 30. 31. 80. A quibus cauendum. d. 26. 27. 28. 33. 34. 137. 233 Qui habendi. d. 232. 605.

*Linguæ*. Vſus. d. 48.

*Lites*. Tempus. d. 982 Fuga. def. 884. Vſus. d. 349.

*Loca ſacra*. Cultus. d. 989. 990.

*Lucrum*. Cautiones. d. 1312. 1503.

*Ludi*. Fuga. d. 555. 1222. 1519. Vſus. d. 504.

*Ludimagiſtri*. Intentio. d. 1339. Quales. d. 8. 9. 1338. 1343. Inſtruendi. d. 10. 11.

*Luxuria*. Remedia. d. 671.

M

M*Agiſtratus*. v. *Miniſtri*. *Munus*.

*Magnanimitas*. Actiones. def. 1402. & ſeqq.

*Magiſtri*. v. *Ludimagiſtri*.

*Magnificentia*. Materia. d. 1514.

*Maiores, ſeniores*. Auctoritas. def. 523. Vſus.

Digitized by Google

Vſus. d.220.675. 686.699.809.
*Mala fides*. Effectus. d.1396.
*Malitia*. v. *Malum*.
*Malum*. Quid.d.407 408. Effectus. d. 289. Remedia. d. 1434. v. *Timor*.
*Malum morale*. Quid. d.407.408. Quod. d. 405. & ſeqq.695.
*Maria*. v. *Deipara*.
*Martyrium*. Effectus. d.1102.
*Matrimonium Sacr*. Leges. def. 1148. & ſequentib.1353 et ſequētib. 1379. Vinculum.d.1148 & ſeqq. Diſpoſitio. d.1159.1190. Iudex. d.379.394 Impedimenta. d. 1160.& ſequētib. Conditiones. def. 1181.& ſequētib. Vſus.d.1151.1154 1158.1192.1194. 1197.1353. & ſequentibus.
*Media ad finem*. Quæ eligenda. d.418. & ſeqq. Proſequēda. d.926.
*Mediator*. Vſus. d. 876.
*Mediocritas*. v. *Medium*.
*Meditatio ſacra*. Vſus. d.23.24.430. Materia. d.108.540. Effectus.d.23.24. 108.661.
*Medium*. Quid.d.174
*Melancholia*. Remedia.d.1454. Effectus.d.448.
*Melior regimini*. Quis. d.462. & ſeqq.
*Memoria*. Vſus.d.177 Remedia. d. 431. 532. & ſeqq.544. 545.
*Mendacium*. Genera. d.825. Fugiendū. d.818.824.
*Menſuræ*. Vſus. def. 1310.
*Merces*. Soluenda.d. 1383. Fugienda. d.1499. v. *Præmiū*.
*Metus*. v. *Timor*.
*Militia*. Illicita Clericis. d.1039.

*Miniſteria*. Quæ. d. 964.999. & ſeqq. A quibus.d.1031. & ſeqq.1317.Cautiones.d.1499.
*Miniſtri*. Quot. def. 993. 994. 1215. 1276.1292. Qui. d.999.& ſequent. Quales.d.51.710. 780.998.1013.& ſeqq. 1133.1293. 1318. 1330.1460. 1490.1497.1515. 1545. Munera. d. 999.et ſeqq.1276. Iuuandi. def.933. 1042.1275. Conſecrandi. d. 983. Inſtruendi.d.998. 1045.1254. Vita. d.997.1042.1045. Cautiones.d.995. 996. 1021. 1031. 1046. 1499. Victus.d.1278.1280. Occupationes. d. 582.710. & ſeqq. 964.1042. Locus. d.1030.
*Miſericordia*. Effectus.d.737.Actiones. d.549.
*Miſſa*. v.*Sacrificium*.
*Miſſiones*. Qui mittendi. def.74.77. Effectus. d.69.70. Adiumenta. d.70. & ſeqq. Actiones. d.78.
*Modeſtia*. Proſecutio. d.1916.1524. 1525. Actiones.d. 828.863.1917.& ſeqq. Regula.def. 1523. Effectus. d. 776. 1528. Cautiones. def.1527. 1533.Vſus.d.228. 229.627.885. Adiumenta. d.1522. 1528.& ſeqq.
*Modicum*. Non ſpernendum. d.1221.
*Modus*. Vſus.d.489.
*Mœnia*. Extruenda. d.1208. Locus.d. 1209.
*Moleſtia*. Fuga.d.583 791.
*Monachus*. v. *Regulares*.
*Monarchia*. Vſus. d. 879.
*Monita*. Vſus.d.544. 545. v.*Admonitiones*.

Mo-

*Mora*. Effectus.d.531 1394.

*Mores politici*. Vſus. d.134.591.

*Mors*. Præparatio.d. 535. Memoria.d. 637.

*Mortificatio*. Modus. d. 1483. Vſus. d. 1086.1488. Finis. d.1487. Proſecutio. 1469. Regula. d.1482.

*Motus corporis*. Modus. d.1411.

*Multitudo pro Societate*. v. *Societas. Ciuis*.

*Munus, donum*. Fuga.d.1496. Vſus. def. 265. 887. v. *Dona*.

*Munus, officium*. Deponẽdum. d.723. 724. Executio.d. 1031.& ſeqq. Cui committendum. d.1293. v. *Miniſteria*.

*Murmuratio*. Fuga. d.1303.

*Muſica*. Qualis. d. 1342.

*Mutuum*. Effectus.d. 1392.

N

*Neceſſitas*. Vſus. d.659.

*Negligentia*. Quando culpabilis.d.1387. Fuga. d.664.677. Effectus.d.531.

*Negotiatio*. Cauenda a Clericis.d.1036.

*Nouitij*. Probandi.d. 1063.1064. Adiumenta. d. 1074.

*Numiſma*. Vſus. d. 1309.

*Nuptiæ*. Vſus. def. 1481.

O

*Obedientia*. Cui. d.691. et ſeqq. 921. 1079. 1267. 1284.1302.1361. 1365.1371. Proſecutio. def. 590. 679.& ſeqq.1284. & ſeqq. Modus. def. 682. & ſeqq. Motiua. def. 559. 560.561. Effectus. d.786.1046.1079. Cautio. def.694. 1284. & ſeqq.

*Obiurgatio*. Modus. d.667.

*Ob-*

Digitized by Google

*Obſcœna*. Fuga.d.28. 34.1340.
*Obſcurum*. v.*Dubium*.
*Obſeruantia legum*. Procurãda.d.526. 586.910.911.1231 1232. Neceſsitas. d.1108.
*Occaſiones*. Arripiendæ.d.581. Fugiendæ. deſ.629.900. 1390.1470.
*Occupationes*. Quomodo moderandæ. d. 663. Effectus. d. 1419.
*Odium*. Cauſæ.d.758 & ſeqq. 818.870. 895.824.830.832 834.841.845.852 1323. Vſus.d.292. 294. Effectus. d. 1323.
*Offenſa Dei*. Fuga. d. 1536.& ſequẽtib. Remedia. d. 741. & ſeqq. Actiones. d. 129. 918. 920. 921.932. & ſeqq. 1108. Effectus.d. 731.
*Officia amicitiæ*. v. *Amicitia*.
*Officia decentiæ, ac humanitatis*. Exhibenda. d.815.
*Officia ciuis in Remp.* v. *Ciuis*.
*Officia Principis in Remp.* v. *Princeps*.
*Officia ſubditorum in Principem*. v. *Amicitia ſubdit*.
*Officium, & munus*. A quibus.d. 1031. & ſequẽtib. Cui. d. 1220. Cautiones. d. 1298.
*Omiſsio*. Fuga.d.1428
*Onus*. Vſus. d.658. 781.Effectus.d.373
*Opera bona*. Proſecutio.d.1359. Effectus. d.119. 744. Cautiones. d.139. 562. Impedimenta. d.759. Adiumenta.d. 1307.
*Opera charitatis, et miſericordię*. Effectus. d.120.Proſecutio. d.1912.
*Opera maiora*. Quæ. d.555.
*Opera pœnalia*. Vſus. d.744.

Opi-

*Opifices*. Inſtruendi. d.226.

*Opportunitas*. Captanda. d.242.

*Opus*. v. *Actio*. *Executio*.

*Oratio*. A quo. d.964. 1264. Vſus, & actiones. d. 417. 475.569.611.736 745.961. & ſeqq. Quæ petenda. def. 154.529.633. 963.

*Oratio vocalis*. Modus. d. 173. Effectus. d.159.

*Ordo*. Vſus. d.231.

*Ordo Sacram*. Quid. d.1009.1147. Cui conferendus. def. 483.1010.1011. 1019.1020.1027. & ſequétib. 1147. Numerus. d. 999. & ſeqq. Diſpoſitio. d. 1012.1021. & ſequétib. 1028. 1254. Materia. d. 1009. Munera. d. 999. & ſeqq. Ritus. d.1022. v. *Hierarchia eccleſ*.

*Oſtiarij*. Munus. def. 1007.

*Otium*. Fuga. d.576. 577.578.582.866 1341. Effectus. d. 866.867.

P

PApa. Quid. d. 991. Auctoritas. def. 224.328. 393.513.691.992. 1047.

*Paradigma*. Pro exercitatione academica. fol.421.

*Parochus*. Munera. d.17.

*Pars*. Quid. d.370.

*Parſimonia*. Cautiones. d.1505.

*Partialitas*. Fuga. d. 770.

*Paſsio, actus appetitus*. Vſus. d.625. Cauenda. d.192.195. 243.257.266.398 402.538.640.768 Effectus. d. 441. 640. Remedia. d. 622.624.1412.

*Paterfamilias*. Regimen. d. 1374.1375 Curę, & actiones. def.

Digitized by Google

def.1345. & ſeqq. Adiumenta. def. 1374. Cautiones. def. 1360. 1366. Officia in filios. d.1368. & ſeqq. v. *Filij. Coniuges.*

*Patientia*. Actiones. d. 1437. & ſeqq. Effectus. d. 777. 829. 1414.

*Patres ſpirituales*. Quales. d. 1313. Officia. d. 1374. 1375.

*Patria*. Colenda. d. 1289.

*Patrocinium*. A quo. d.333. 1260.

*Patronus*. Qualis. d.333.

*Pauperes*. Alendi. d. 1262. Non opprimendi. d.1384.

*Paupertas Regularium*. Quæ. d.1049. & ſequentib. Vſus. d.1086. Effectus. d.1046.

*Pax*. v. *Diſcordia*. Effectus. d. 865. Cauſæ. d.860. 867 871. 905. A quibus procuranda. d.134. 230. 1354. Pax conſcientiæ. d.138.

*Peccata*. Corrigenda. d.721.

*Peccatum*. v. *Offenſa Dei*.

*Peccatum originale*. Remedium. d.742.

*Per alium*. Quid. d. 654.

*Periculum*. Fugiendum. d.945. Proſequendũ. d.1404. Cautiones. def. 1223.

*Periurium*. Fugiendum. def.943. & ſeqq.

*Perplexitas*. v. *Curæ anxiæ*.

*Pertinacia*. Fugienda. d.237. 273.

*Perturbatio animi*. v. *Curæ anxiæ*. *Paſsio appetitus*.

*Petitiones*. Vſus. d.846 847.

*Picturæ*. Quales. d. 1340. Vſus. d.7.

*Pietas*. In parẽtes. d. 1361. & ſeqq. 1367.

*Plus*.

*Plus*. Quid.d.301.
*Pœna*. Quæ. d.389. Finis.d.709. Quibus. d. 303. 313. 318.336.355.356 387.481.482.490 520.547.548.553 744. 774. 871. & ſeqq. 1129.1238. 1239.1300. Modus. d. 383. 390. 490.521.549.593 594. 768. 1129. 1131. Vſus. def. 561.693.702.703 A quo. def. 595. Effectus. def.871. Cautiones. def. 1503.
*Pœnitentia*. Adiumẽta. d. 641. Actiones. d. 620.741. 1132. Vſus. def. 1103.
*Pœnitentiæ Sacram.* Partes. def.1140. Materia. d.1125. Forma. def.1140. Miniſter. d.1128. 1133.1139.1141. Suſcipientes. def. 1130. 1134. Diſpoſitio. d.1126. 1132. Pœnitentia. def. 1129. 1131. Vſus. def. 1112. 1127.1136. & ſequentib. Effectus. d.1136. Secretum. d.1135. v. *Confeſs. Sacram.*
*Politiæ, ſeu Regiminis ratio*. v. *Princeps. Regimen*.
*Politica*. Quid ſit. procem. n.4. Fuga. d.1058. Cautiones. d.27.445. 1058.1329. 1339.
*Pollutio*. Eccleſiæ. d. 981.
*Poſitiua*. v. *Theologia poſitiua*.
*Poſſeſsio*. Quæ.d.514. Effectus. d. 285. 304.
*Poſtulatio*. A quo. d. 333. Materia. d.374.
*Præcepta Dei*. Proſecutio.d.96. Effectus. d.96.163.
*Præceptum*. Proſecutio. d.680.695. v. *Imperium*.
*Præcipitatio*. Fugienda.

da.d.275.397.486
664.
*Prædeſtinatio*. Cautiones. def. 585.
1436.
*Prædicatio ſacra*. Procuranda. def. 16.
Cuius munus ſit. d. 17. 1265. Materia. d. 15. 21. 38.
Materiæ apparatus. Proœ. n. 11.
Effectus. def. 35.
Modus. d. 20. 81.
665. & ſeqq Cautio. d. 26. [illegible]. 667.
& ſeqq. Vſus. d.
14. [illegible] Concionator.
*Pr*[illegible]. Quæ intendenda. d. 137. Cui. [illegible] 43
Vſus. d. 561. 1099.
1142.
*Præmium æternum*.
Intendendum. d.
139.
*Præſentia diuina*. Cauſæ. def. 153. 728.
Actiones. d. 622.
1522. Effectus.
d. 638. 728. 740.
1444.
*Præſumptio*. Vſus.
d. 362.
*Praxis*. Quid. proœ. n. 9. v. *Modus*.
*Pretium*. Taxandum.
d. 1219.
*Princeps*. Quid. d. 881
1239. 1282. Qualis. d. 444. & ſeqq.
539. 723. 1291.
1318. 1319. 1330.
1491. 1492. 1540.
Prouidentia. v. infra *Diligentiæ*. &
d. 714. 1269. 751.
779. 1204. 1217.
1234. 1236. 1320.
Poteſtas. d. 1201.
1202. 1225. 1250.
1255. 1315. 1299.
Obligationes. d.
1208. 1216. 1235.
et ſequētib. Quod eius officium.
Proœm. n. 4. &
d. 205. 596. 710.
1103. 1233. Curæ. d. 1212. 1215.
& ſeqq. 1229. &
ſeqq. per totum.
Quæ intentio. d.
130. 131. 133. 134.
1200. 1203. 1216.

Dili-

Digitized by Google

Diligentiæ. d.39. 40.49.60. 61. 70. 71. 117.118.136. 196. 200. 206. & ſeqq. 215.225. & ſeqq. 450. et ſeqq. 499.542. & ſeqq. 554.557.678.712. 717.718.721.748. 750.779.780.875 878. 1205. 1207. 1208. 1214.1242. & ſequétib. 1473. Quę debeat cauere. def. 135. 555. 556.576.577.595 597.662.711.749 758.& ſeqq. 881. 1216.1227.1244. 1256.1291.1328. 1496.1533. Occupationes. d. 151. 200.555.556.576 & ſeqq. Quomodo inſtruendus. Procem. n. 12. & d. 215. 216. 444. 450. Colendus. d. 688. 784. 1282. 1284.1287.1301. & ſequét. Iuuandus. d. 1213.1251. 1252.1283.1288.

*Priuilegium*. Vſus. d. 627.

*Probatio in iudicijs*. A quo. def. 348. Regula. d. 350.

*Probatio, experimentum*. Vſus. d. 1028. 1064.1074.1075. Qui probandi. d. 1048.1063.

*Procurator*. Quis. d. 333.

*Profectus ſpiritualis*. Adiuméta. d. 647. 648.

*Profeſſores*. Quales. d. 50.63. Diligentiæ. d. 57. Inſtruédi. d. 55. Cautiones. d. 56.62.

*Prohibitio*. Fugienda. d. 1054. Vſus. d. 1387. Effectus. d. 286.352.502. 1387.

*Propenſio*. Fuga. def. 770.

*Propoſitum*. Adiuméta. d. 641.

*Prouidentia diuina*. Modus. def. 563. 927.928.

*Prudentia*. Quid ſit. proœ.

proœ. n.4. 9. & d. 1329. Quotuplex. procœm.n.9. Prudentiæ præcepta. proœ. n. 10. Proſecutio. d.539 1313.
*Pueri*. Inſtruendi. d. 1. 8. 12. 1332. 1336.et ſeqq.1373 Cautiones.d.1372
*Pupilli*. Quomodo contrahant. def. 1382.
*Purgatio iudicialis*. Actiones. d.319.
*Puritas animi*. Proſecutio.d.45.1078 Cauſæ. def. 727. Effectus. def. 45. 1078.

Q

*QVæſtio*. Ad quē referēdę queſtiones de Fide. d.224.
*Quæſtus*. Fuga. def. 272.
*Querimonia*. Fugiendæ. d.833.1405.
*Quies animi*. Vſus. d. 168. 428. Cautiones. d.170.171.

R

*RAtio recta*. Quid. d.1426. Vſus. d. 260. 713. 719. 1426. Proſecutio. d.1926. Effectus. proœ. n.3.4. Regula. d. 122.
*Ratiocinatio*. Vſus. d.180.
*Ratio reddenda*. A quibus. d. 554. Cui. d. 708. 787. Materia. d. 1257. 1386.
*Rector*. v. *Princeps*.
*Recurſus*. Vſus. d. 722. Fuga. d.794.
*Redditus*. v. *Cenſus*.
*Regimen*. Forma. d. 1324. Finis. d.127. 1103. 1316. Tempus. d.1305.1306. Materia. d. 134. 1269. 1321. 1344. Cui. d. 1247. 1269. 1291. A quibus. d. 1249. Modus. d.558. 879. 1199. 1315. 1324. Media. d.1326. Adiumēta. d.748. & ſeqq. 1248. 1257. 1329.

Præ-

Præparatio. procemium. n. 12. Impedimenta. d. 1204

*Regnum*. Vſus. def. 1326.

*Regulares*. Quales. d. 1078. Paupertas. def. 1049. & ſeqq. 1076. Diſpoſitio. d. 1048. 1058. 1063. 1067. 1080. & ſeqq. Obſeruãtia. d. 1053. 1085. Obedientia. def. 1079. Exercitatio. Procem. n. 12. & d. 1086. Inquirendi in eos modus. d. 218. Quando dimittendi. d. 1082. & ſeqq.

*Regularis vita*. Cui conueniat. d. 997. 1060. 1065. 1067. Inſtitutio. d. 1047. Electio. d. 1054. 1068. 1070. Præcepta. d. 1048. & ſeqq. Adiumenta. d. 215. 216. 221. 897. 1053. 1071. 1087. Cautiones. d. 1056. & ſeqq. 1360. Habitus. d. 1062. Victus. d. 1076. 1077. 1279. v. *Cœnobia*.

*Religio, cultus in Deũ*. Conſeruanda. d. 903. 904. 1205. 1206. 1349. Præcepta. d. 918. & ſeqq. Effectus. d. 1327. v. *Fides*.

*Reliquiæ*. Colendæ. d. 973.

*Remedia*. Vſus. def. 196. 215. 665. & ſeqq.

*Reprobatio*. v. *Improbatio*.

*Res bellica*. Adiumenta. d. 227.

*Reſcriptum* Vſus. d. 649. 650. Effectus. d. 375. 376.

*Reſidentia*. Vſus. d. 1245. Locus. d. 1246.

*Reſipiſcentia*. Excipienda. d. 764.

*Reſpublica*. Finis. d. 127. 1337. Adiumenta. d. 118. 215. 216. 226. 227. 1223 1235. 1304. 1305. 1331.

1331. Curæ. def. 1213. Cautiones. d. 1258. 1271. & ſeqq. 1323. 1325.
*Reſtitutio*. Proſequẽda. d. 916. Regula. d. 1388. & ſequentibus.
*Retractatio*. Vſus. d. 347. 655.
*Reuerentia*. Cui, & modus. def. 972. 979. & ſeqq. 1262. 1282. 1302. 1303. 1357. 1358. 1361. v. *Cultus diuinus*. *Ritus eccleſiaſtici*.
*Reus*. Effectus. d. 335. Actiones. d. 341. 348.
*Ritus*. Cautiones. d. 1525.
*Ritus eccleſiaſtici*. Qui. d. 947. 948. 975. 992. 1091. Finis. d. 604. 965. Vſus. d. 923. 947. 1022. 1068. 1091. 1101. Modus. def. 604. 959.
*Ruſticitas*. Fugienda. d. 803. 804. 820.

S

*SAcerdos*. Officiũ. def. 1000. 1017. Doctrina. d. 84. & ſeqq. 1017. Studia. d. 83. Colendus. d. 960.
*Sacerdotium*. Finis. d. 133. Excellentia. d. 519.
*Sacra*. Cultus. d. 698. 941. 979. & ſeqq. 1917.
*Sacramenta*. Quid. d. 940. Miniſter. d. 1094. 1095. 1266 Materia. d. 1092. Forma. d. 1092. Intentio. d. 1090. Diſpoſitio. d. 940. 1096. Suſcipientes. d. 1089. 1093. 1096. Vſus. d. 746. 1088. 1097. Effectus. d. 1088. Ritus. v. *Ritus*. *Ordo Sacr.*
*Sacramentalia*. Vſus. d. 626.
*Sacrificium*. Quid. d. 974. 977. Quod. d. 977. Cui. d. 974. Miniſter. d. 1264.

Mo-

Digitized by Google

Modus. d. 1127. Vſus. d.736. 745. 974. 975. Ritus. d.975.
*Sacrilegium*. Actiones. d.936.940.
*Sæcularitas*. Fuga. d. 1071.1073.
*Sæuitia*. Fugienda. d.1399.
*Sales*. Modus.d.837.
*Sancti*.Colēdi.d.973. Inuocandi. d.633 962.
*Satisfactio*. Vſus. d. 744.774.842.1129
*Schedulæ*. Suffragiorum. d.477.
*Scriptura*.Auctoritas. d.344.
*Scriptura ſacra*.Interpretatio. def. 65. Studium. d.60.64. 83. Reuerentia.d. 937.
*Scrupuli*. Effectus. d. 425.447.822. Fuga.d.114. Remedia. d. 217. 250. 426.
*Scrutinium*. Pro electione. d.477.478
*Secretum*. In electione.d.477.482. In confeſſione ſacr. d.1135. Cui aperiendum. d. 786. 843. & ſeqq.
*Seminaria*. Pro Miniſtris. def. 1045. Pro iuuandis Infidelibus.d.79.
*Senes*. Vſus.d.675.
*Senſus*. Cuſtodia. d. 1464.1544. Vſus. d.7.
*Sententia*.v. *Iudicium*, *Iudex*.
*Sepultura eccleſiaſtica*. Leges. d. 1218.
*Sermo*. Pro ſpiritu. d.648. Vſus.d.662 Cautiones. d.667. & ſeqq.
*Serui*. Officia in dominos. d.1371.
*Seruitium diuinum*. Intendendum. d. 128.
*Sigillum*. Confeſsionis. d.1135.
*Signa*. Vſus. d.533. 949.953.
*Silentium*. Vſus. d. 482.570.662.832 1085.1135. Fuga. d.252.

Digitized by Google

d. 252. Effectus. d.284.435.436.
*Similitudo*. Procuranda inter amicos. d.856.857. Inter ciues. d.896.1322. 1325. Inter regulares. d.1062.
*Simonia*. Fugienda. d.941.
*Simplicitas chriſtiana*. Proſequenda. def. 197.818.
*Simulatio*. Effectus. d.824. Fugienda. d.818.1333.
*Singularia*. Conſideranda. d.178.213. 249.
*Singularitas*. Fugienda. d.805.1527.
*Societas*. Regulæ. procem.n.4.Cauſæ. procem. n.7. Effectus. procem. n.2. Proſecutio. d.675.Cautiones. def. 800. & ſeqq. 1071.1072. Fuga. d.1448. v.*Conuentus*.
*Solicitudo*. v. *Curæ anxiæ*. *Diligentia*.
*Solutio debiti*. Actiones. d. 1394.
*Spectacula*. Qualia. d. 1340. Fuga. d. 579.
*Speculatio*. Quando cauenda. d.113.
*Spes*. Effectus.d.788.
*Spes in Deum*. Motiua.d.924.Modus. def. 926. & ſeqq. Effectus. d. 925. 1424.
*Statuta*. v. *Lex*.
*Stipendium*. Vſus. d. 1214.1280.
*Studium*, *Studioſitas*. Materia. d. 144. 1248.
*Studium litterarum*. Quarum.d.60.64. Modus. d.58. 59. Media. d. 51. & ſeqq.225. Impedimenta. def.54. Cautiones.d.68.
*Subdiaconi*. Officiũ. d.1002. Diſpoſitio. d.1014.
*Subreptio*. Fuga. def. 1286.
*Suffragia*. Modus. d. 477.

*Sum-*

*Sumptus*. Modus. d. 1241. 1514.
*Superbia*. Fuga. d. 894
*Superior*. Colendus. d. 688. 708. v. *Princeps*.
*Superſtitio*. Actiones. d. 934 947. 949. & ſeqq. Fuga. d. 61. 949. & ſeqq.
*Suſpicio*. Remedia. def. 859. Fuga. d. 262. 839. Effectus. d. 327.
*Synodus*. Vſus d. 223.

T

*Temeritas*. Fuga. d. 677. 926
*Temperantia*. Regula. d. 1458. 1472. 1474. 1475. 1482. Proſecutio d. 1460 1481. & ſequẽtib. Vſus ciborum. d. 1481. Cautiones. d. 1459. 1481. & ſequent. Effectus. procem. n. 7. Modus. def. 1476. & ſeqq. 1481. & ſequentibus.
*Templa*. Cultus. d. 980. Conſecratio. d. 983. Exſtructio. d. 1207.
*Temporalia*. v. *Bona temporalia*.
*Tempus*. Effectus. d. 380. 381. 1393.
*Tentatio Dei*. Quid. d. 942.
*Tepor ſpiritus*. Fuga. d. 606. Remedia. d. 646. Effectus. d. 606.
*Teſtimonium*. A quo. d. 326. 339. 340.
*Teſtis*. Compellendus. d. 337. Quando puniendus. d. 336.
*Theologia*. Lectio. d. 65. 66. Studium. def. 60. Collationes. d. 67.
*Timor*. Cauſæ. d. 448 1415. Remedia. d. 1412. & ſeqq. Materia. d. 357. Modus. def. 616. 1431. Cautiones. d. 1428. Effectus. procem. n. 7. & d. 547. 560. 561. 748. 871.



Digitized by Google

*Timor Dei*. Proſecutio. def. 264. 632. 1435. Effectus. d. 644.
*Timor inanis*. Fuga. d. 1433. Damna. d. 264. 672.
*Tonſura*. Vſus. def. 1521.
*Torneamenta*. Prohibenda. d. 1222.
*Totum*. Quid. d. 370.
*Traditio eccl.* Amplectenda. d. 923.
*Tribulatio*. Remedia. d. 631.
*Tributum*. Modus. d. 1491. Vſus. d. 761. 1283. 1288.
*Triſtitia*. Cauſæ. d. 1415. Remedia. d. 1417. & ſeqq. Vſus. d. 125. 1542 Fuga. d. 631. 714. 816.
*Turpiloquium*. Fugiẽdum. d. 821.

V

*VAna*. Cauenda. d. 28.
*Vana obſeruatio*. Fugienda. d. 953.
*Vaſa ſacra*. Cultus. d. 980. 986. Conſecratio. d. 983.
*Vectigalia*. Soluenda. d. 1283.
*Venatio*. Fuga. def. 1518.
*Venditio*. Materia. d. 359. 941. 1298. 1504. Modus. d. 377. Cautiones. d. 1504.
*Veracitas*, *Veritas*. Proſecutio. d. 749 824. Actiones. d. 188.
*Verboſitas*. Fugienda. d. 819.
*Verbum Dei*. Reuerentia. def. 988. v. *Prædicatio ſacra*.
*Verbum otioſum*. Fuga. d. 673.
*Verecundia*. Proſecutio. d. 1489.
*Verum*. Quod. d. 426. Effectus. d. 409.
*Veſtes ſacræ*. Cultus. d. 980. 987. v. *Vaſa ſacra*.
*Victus*. Modus. def. 1076. 1077.

*Vin-*

*Vindicatio.* Actiones. def. 1238. 1239. Cautiones. def. 1397.
*Vindicta.* Fuga. def. 873. 1426. 1452. Cautiones. def. 1397.
*Virtus.* Quid.d.412. 851. Effectus. d. 160.575.785.841 851.869.
*Viſitatio.* Vſus.d.551. 557.889.
*Vita.* Cauſæ.proœ. n.2..& def. 1038. Modus. def. 676. Actiones. d.854. 1070.
*Vita cœnobitica.* v. *Cœnobia. Regulares.*
*Vita ſolitaria.* Actiones. d. 150. Cui cōueniat. d.1059. 1071.
*Vitium.* Remedia. d.639.1233.
*Vltimæ voluntates.* Vſus. d.363.
*Vltio.* v. *Vindicta.*
*Vnio animorum.* Actiones. d.855. & ſeqq.
*Vnio cum Deo.* v. *Præſentia Dei.*
*Voluntas.* Regula voluntatis. proœm. n 3.& d.95. Effectus.d.553.
*Voluntas Dei.* Proſequēda. d.95. 128. 739.1451.
*Voluntas propria.* Fuga.d.738.
*Voluptas.* Effectus. d. 413. 421. 714. Modus. d.1459. v. *Delectatio.*
*Votum.* Reddēdum. d. 955. Materia. d. 956. Renouatio. d. 1087.
*Vrbanitas.* Modus. d.837. v. *Ruſticitas.*
*Vrbs.* v. *Mœnia.*
*Vſurpatio.* Cauenda. d.915.1270.
*Vſus.* Quid ſit. proœ. n. 9. Effectus. d. 635. v. *Executio.*
*Vtile.* Effectus.d.302 314. Proſecutio. d.1410.
*Vxor.* v. *Coniuges.*

*Zelus.*

Digitized by Google

Z

Zelus. Proſecutio. deſ. 1319. Cautio. d. 1455. 1456. Fuga. d. 725.

*Zelus animarum.*

Proſecutio. d. 614. Motiua. d. 614. Effectus. d. 1319. 1471.

| *Errata.* | *Correctio.* |
|---|---|
| ſol. 195. deſ. 639. Omne vitium contraria virtutis habitum, quo vitium ſugatur. | Omne vitium contraria virtutis actione curari. Actio enim recta inducit virtutis habitum, quo vitium ſugatur. |

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google